Ex his respōdet ad argumēta adducta in principio. ¶ Ad primuz pz ex dictis in corpore. q. ¶ Ad 2m conceditur q; materia est vnum indiuiduū quantū ad actū subsistentie z separationis ab alijs materijs. Est tamē plura indiuidua in potentia seu in actu existentie. ¶ Ad 3m respondetur: q; materia vt natura non magis determinat sibi vnā singularitatem q̄z aliam: sed solū determinat sibi singularitatem vbi est sub aliqua forma determinata: quia plures partes z portiones materie requiruntur ad subsistētiam sub vna forma q̄z ad subsistentiā alterius. Et cuz

tu infers. ergo nō esset vna numero omniū generabiliū ⁊ corruptibiliū. ¶Respondē negando ꝓsequētiaz. ¶Est enim vna numero omniū generabiliū ꝑuatiue: vt dicū est in corpore questionis. ¶Posstitue aūt adhuc posset cē vna numero successiue: vt dictū est. q si tu diceres. ¶Plures portiones ⁊ partes materie requiruntur ad vnam formam q̄z ad aliā. ergo nō posset sic esse vna ⁊ eadē respectu omniū. Dicitur q̄ nō possit esse vna ⁊ eadē respectu omniū quantū ad actum totales subsistentie: esset tamen eadē quantū ad aliquē actum existentie. ¶Ad 4.m respondē negando: q materia cēt per se i genere tanq̄z species. ¶Quia omne qđ reponitur in genere isto modo includit genus ⁊ differentiaz essentialē quiditatiue: materia nullum genus includit neq; aliquā differētiā isto modo. ¶Quia est pars essentialis: ⁊ principiuz in genere primo diuersa ab omni genere: ⁊ similiter a differentia essentiali. ¶Gitur sibi repugnat ratio speciei. ¶Assumptuz ꝓbatur: q̄ capiendo materiā primā: ꝓ potētia pura ⁊ realitate potentiali vltima ad formam est simplicit simplex: nihil includēs quiditatiue: q̄ actus ⁊ potētia sunt primo diuersa: sic q̄ nihil vnius est aliquid alterius: ⁊ ita materia nō includit actum eēntialē generis: aut differētie quiditatiue in predicamēto substantie. igit̄ cē. ¶Ad id qđ additur: q̄ simpliciter simplicia in aliquo conuenirent cē. ¶Ad hoc respondetur: q̄ quot modis dicit compositum: tot modis dicitur simplex. Compositū est duplex. Quoddam est compositum compositione eēntialis: quoddā est compositum ex actu ⁊ potentia. qualitercūq; se habeant actus ⁊ potentia: siue se habeāt sicut res ⁊ res: siue vt realitas ⁊ realitas. ¶Prima compositio appellat cōpositio phisica ⁊ realis. 2ª metaphi. Loquendo de compositiōe phisica ⁊ reali: ista est ex partibꝫ eēntialiter ⁊ realiter distinctis: quēadmodum est compositio hominis ex materia ⁊ forma: seu ex anima ⁊ corpore. secunda autem est ex aliqua realitate determinabili ⁊ contrahibili per aliam realitatē determinantem. Quarum illa que est determinabilis se habet vt potentia respectu determinantis. Ex illa que est determinans se habet vt actus: ⁊ hoc siue iste due realitates se habeāt vt distincte res: siue se habeant vt distincte formalitates solū quarū vna non includit reliquā quiditatiue: ⁊ in primo modo. ¶Istis duabus compositionibus correspondent due simplicitates: quarum vna excludit compositionez ex partibus essentialiter distinctis: alia excludit compositionem ex actu ⁊ potentia. ¶Prima compositio nō requritur ad hoc q̄ aliquid sit per se ⁊ directe in genere: quia accidentia vt albedo: sunt in genere isto modo: ⁊ tamen non sunt composita huiusmodi compositiōe. vt habet videri. 8. metaphi. textu cōmē. 12. Secūda compositio bene requritur ad hoc: q̄ aliquid sit directe: ⁊ per se i genere. ¶Ulterius est aduertendum: q̄ tale simplex qđ excludit compositionem ex partibus essentialiter distinctis quoddam est simpliciter simplex: quoddaz vero nō simpliciter simplex: sed absolute simplex: simplicit simplex voco quod non resoluitur in plures conceptus seorsuz conceptibiles: quorum vnus sit determinabilis: ⁊ alius determinans: qui conceptus includantur quiditatiue in eo quod resoluitur: sed simplex absolute est ille q̄ nō resoluitur in plures partes essentialiter diuersas. Licet resoluatur in actum ⁊ potentiam: seu in conceptum determinabilem ⁊ determinantem: quorum quilibet potest terminare actum intelligendi seorsuz sine alio. ¶3° est aduertendum: q̄ simpliciter simplex est primo diuersum ab omni alio conceptu: ⁊ nihil includit quiditatiue: vt in. 5. metaphi. capi. de eodem: vel diuerso. ⁊. 10. metaphisi. textu commen. 12. Licet includat aliquid identice: aut denominatiue. Simplex autem qđ includit actū ⁊ potentiam: quocunq; modo includat: continet i se aliquod predicatuz: qđ predicatur quiditatiue de ipso. Et dato q̄ tale esset primo diuersum quantum ad quiditatem generis ⁊ differētie essentialis: ita q̄ nihil per se includeret in primo modo dicendi per se: quod cēt per se in genere ⁊ directe: tamen ei non repugnat vt contineat aliquid quiditatiue: quod est trancendens.

Ex his respōdeē ad argumentuz. Q̄ z materia prima accepta in se: ⁊ vt est pura potentia: nihil actualitatis includat: neq; physice: neq; metaphisice: tamen hec materia prima signata secluſa omni forma substantiali ⁊ accidentali: non est simpliciter simplex: sed includit materiam in communi quiditatiue: ⁊ potest resolui in conceptuz materie in communi accepte. ⁊ in hecceitatem sibi aduenientem: ⁊ ita quātūcunq; sit simpliciter simplex quantum ad quiditatem genericam ⁊ specificā: ⁊ etiam quantum ad differentiā essentialē: non tamē est simpliciter simplex quātum ad omnē quiditatem trancendentem seu predicamentalem: dūmodo talis predicamentalis non sit directe in genere. ¶Ad quintum argumentum respondetur: negando q̄ hec materia prima: seu mā signata per hecceitatē nō sit in pura potētia respectu cuiuscūq; actꝰ physici ⁊ naturalis: quia talis materia signata nullā formam sibi materialē determinat quēadmodū: neq; materia in cōmuni: sed bene talis materia non est in pura potētia respectu actꝰ metaphisici. Qui est conceptꝰ obiectiuus realis determinans naturam materie ad esse hoc ⁊ singulare. ¶Ad vltimum quum dicitur: q̄ si materia determinaretur per talem singularitatez posset materia transmutari ab vna singularitate in aliam. Negat̄ consequentia. Uerum est q̄ quodcunq; est indifferēs ad aliquas realitates realiter ⁊ formaliter diuersas: quantuz est ex se: potest transmutari ab vna in reliquā: modo differentie individuales sunt eedem realiter: Iz nō formaliter materie prime. ¶Et si dicas materia prima mānet singularitate corrupta. ergo sunt distincte realiter materia ⁊ singularitas. ¶Respondetur: q̄ Iz natura mā manet in se singularitate corrupta: non tamen esse singulare mānet ⁊ signatuz manet corrupta singularitate. modo singularitas non est eadem realiter materie ꝑma essentiā eiꝰ ⁊ quiditatem: sed ꝑma esse singulare: qđ habet in hoc individuo materia: quod individuuz non manet corrupta singularitate ⁊ ratione: que erat principium individuā di materiam: neq; hoc repugnat ei quod dicitur in primo phisicorum. Q̄ materia est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: quia hoc intelligitur de materia vt est essentia ⁊ natura extra intellectum ⁊ potentiā siue causē: sed non de materia vt hec ⁊ singularis.

¶Uerū aūt nō est diffinitio: sed cū itelligentia aut sensu cognoscunt. Textu cōmenti. xxxv. Q̄. vij.

Argumenta Ham

Utrum Singulare per se ⁊ directe i telligatur ab itellectu. ¶Et arguitur primo q̄ non: qđ quid est: est per se ⁊ primum obiectuz intellectus: singulare non habet qđ quid est. Tum quia esset diffinibile. Tum q̄: singulare in quantum singulare dicit aliquid incōmunicabile: qđ quid est autem est cōmunicabile: vel saltē sibi nō repugnat cōicari. ergo singnlare nō hz qđ quid est: ⁊ ex consequēti nō potest per se primo intelligi. ¶Ité 2° arguit: Si singulare esset primo intelligibile ⁊ directe: aut per eandē speciem cū specie vlis: aut per aliā ⁊ aliā ſpēm: nō per eandē: q̄ nulla vna ſpēs pōt aliquid repūtare sub rōne indiſtincti ⁊ distincti: sed ſpēs vniuersalis repūtat indistincte. ſpēs singularis distincte. ergo non per eandē ſpēm: neq; etiā

per aliam

per aliā z aliā: qz sicut p vnū singulare cāret spēs vlis: ita z per qlibet singulare cāret spēs eiusdē vlis: quo dato: sequit: aut q infinite spēs vlis essent in intellectu: aut q eadem spēs posset intendi in infinitū: pñs est falsum. ergo z añs: pñtia est euidens: qz spēs vlis gignit a specie singularis. ergo sicut gigneret ab vno singulari: sic posset gignia quolibet alio: sed cuz talia possint ire in infinitū sequit ppositū q talis spēs vlis vel possit multiplicari in infinitum vel saltem intendit in infinitum.

Ad oppositū tñ arguit: qcqd pfectiōis cōpetit potētie inferiori: nō dz denegari a potētia nobiliori: sed perfectionis est in potētia sensitiua q cognoscat singulare. ergo hoc nō debet denegari a potentia intellectiua que est nobilior.

In ista.q. pmo ponet z oppugnabit opi. s. Tho. Scdo dicet ad qōnem. pm viā pparaz. Tertio mouebunt difficultates ꝓtra 2m̄ articu. z soluent. Quarto respondebit ad rationes in principio.

Quantum ad pmū est opi. s. Tho. in pma parte. q. 86. articu. pmo. q singulare nō potest per se primo intelligi a nobis: sed ſ intelligitur: intelligit indirecte: z per reflexionez ad fantasmata. p. dicti nō est talis. Intellectus nihil intelligit nisi abstrahendo a mā: z ꝑditionibus materie: sed mā z ꝑditiones mālis sunt principia indiuiduantia: qđ aūt abstrahit a ꝑditionibus indiuiduantibus est vle. g intellis nihil primo intelligit nisi vle. Secūdi dicti. q intellis intelligit ipsuz singulare reflectendo se ad fantasmata: nō est: qz ly spēs vlis manet in itellectu: nunq̄ tñ per talē spēm pōt itelligere ipm singulare: nisi itellectus hūs talē spēm sibi ipressam quertat se ad fantasma: z tūc ex ista cōuersione cognoscit singulare relucens in fantasmate. Cōtra istā opi. instatur pmittendo: q duplex est abstractio. est enī abstractio speciei intelligibilis a fantasmate: z abstractio vlis a singularibus: abstractio speciei itelligibilis fit ab intellectu agente abstractio vlis a singularib⁹ fit ab itellectu possibili. z est qñ talis itellectus ꝑsideret nām in se: vt indifferentez. ad qlibet suppositū z singulare de quo talis nā est ꝑdicabilis potētia prima. Unde nunq̄ aliqđ obiectū est potētia prima vle nisi ex cōparatione intellis cōparātis tale obiectū vt ꝑdicabile ad suppositū de quo natuz est dici z ꝑdicari. Ysto stāte arguit sic. Abstractio que fit per intellm possibilē non est nisi ab obiecto cognito: sed abstractio vlis a singularibus fit per intellm possibilez. ergo itellectus possibilis pus cognoscit singulare a quo abstrahit vle. alioquin abstraheret ab incognitis. Et cōfirmatur. intellectus cognoscens nām repsitatam per spēm intelligibilē intelligit ipsam sub aliqua vnitate: qz 4. metaph. text. cōmen. 10. qui vnū non itelligit: nihil intelligit. Ysta vnitas nature que attingitur: aut est vnitas vlis: aut singularis: sed per te est vnitas vlis. ergo cognoscitur sub rōne vlis: sed cognito vli cognoscit singulare: (qz singulare z vle sunt simul nāli itelligētia) ergo in quo cognz instanti intelligit vle: intelligit etiam singulare. z. Scdo principaliter arguitur ex fundamētis. s. Tho. q ista opinio ꝺicat fundamētis suis. Tenet enim ipse: q quicqd est in re: z in effectu: est singulare. Ex hoc ꝓsupposito arguit sic. Illud qđ est in re est singulare. qcqd primo intelligitur est in re. ergo quicqd primo intelligitur est singulare. maior est ipsius: minor aūt ꝑbat. Causa nā precedit effectū. ergo qđ primo itelligit pcedit actū intelligendi: qz tale obiectum est cā z mensura ipsius actus a qua talis actus essentialiter dependet: sed mensura z vlterius cā dr̄ esse prioza essentialr. ergo qđ primo intelligit est prius oi actu intelligendi. Et ex hoc arguit sic: qđ pcedit oēm actū itelligendi est in effectu z in re: sed qđ primo intelligit est hȝ. ergo erit in effectu z in re ergo erit singulare: z ita habet ppositū. Ite 3° arguit ex fundamentis ipsius in prima pte. q. 84. ar. 7. z. q. 86. arti. p. dicit enim z intellis noster cōiunctus nihil itelligit nisi per quersionē ad fantasmata. Ex hoc arguit. Iste actus cō uersiuus quo intellis se quertit ad fantasmata nō est nisi actus cognoscitiuus quo cognoscit se. actum ꝑpium. z obiectum relucens fantasmate: sed tale obiectū relucens in fantasmate est singulare. ergo in omni suo actu intelligendi itelligit singulare. Ite 4° arguit. ista quersio ad fantasmata sm opinio. Cōcurrentis mei nō est nisi actus discursiuus quo intellis discurrit ab actu intelligēdi ad speciē intelligibilē: z a specie intelligibili ad ipsum fantasma. Ex hoc arguit. Omnis discursus ꝓsupponit notitiā simplicē illius ad qđ discurrit (qz sicut discursus ꝓsupponit cōpositionē z diuisionē: z cōpositio seu diuisio intelligentiā simplicē: ita discursus ꝓsupponit simplicem intelligentiaz:) sed per te intellis in ista quersione discurrit ad fantasmata. ergo ꝓintelligit ipsum fantasma: aut obiectū repsitatū in ipso: sed tale obiectuz est singulare. ergo ante reflexionē z quersionē ad fantasma itelligit singlare. Nec obstat q dicat q singulare precognoscitur ante ipsum discursum. quantū ad quid nominis sed nō quantū ad qd rei: qm̄ de hoc nulla est difficultas: siue enīz cognoscit vno modo: siue alio modo: semp habet ppositū q singulare pintelligit ante reflexionem. Ad. 5. arguit. Si in ista reflexione itelligitur singulare: aut intelligit per spēm intelligibilē: aut per spēm fantasticam: siue per fantasmata. nō per spēm intelligibilem: quia ista species intelligibilis per te tñ repsitat nām abstractā ab omni singularitate: z ab omni mā indiuiduali. ergo tñ per talē speciē intellis intelligit nām in se: z nō in singulari: nec per speciē fantasiabilez. Tum qz ista tñ mouet fantasiā. Tum etiā qz talis spēs est impꝺportionata itelligentiī possibili: cum sit extensa: z mālis: z intellectus inextensus z imālis. ergo nullo mō in ista reflexione ex principijs suis pōt itelligi obm singulare. Item arguit ꝓtra positionē in se. Si singulare nō est per se primo intelligibile: aut hoc est rōne singularitatis: aut rōne materie. Non rōne singularitatis. vt etiā cōcedit. s. Tho. in qōnibus ꝓallegatis: qz tunc deus qui est singularissimus z angelus nō possent seipso intelligere. Si rōne singularitatis mālis que est per mām. Cōtra. mā non impedit intelligibilitatē rei: qz sm san. Tho. est pars quiditatis rei specifice. Sed species ipsa est per se intelligibilis z directe. ergo materia non impedit per se intelligibilitatez rei. Et per hoc ꝑbatur secūda pars ꝺ iunctiue assumpte: q materia non est illud per quod singulare non est intelligibile per se. Q. si tu dicis materia cōtracta ad singularitatē impedit talez intelligibilitatē. Quero de illo qđ addit singularitas super materiā in ens tale nō est nisi ens: nō diminuens de entitate rei: sed qđ est tale nō diminuit de intelligibilitate: qz vnūqđq; sicut se hȝ ad entitatem: sic ad intelligibilitatē. ergo istud superadditū materie: non impedit intelligibilitatem rei: cuius est talis materia ꝓtracta. Et cōfirmatur. qz tale includens materiaz contractam est ens vltimatū z completū in actu. Unde ꝑhus in predicamentis. capitulo de substantia. Prima substātia est maxime substantia: z maxime in actu: sed quod est ens maxime in actu est maxime itelligibile. ergo singulare erit maxime itelligibile de se: z directe: z per hoc patet falsitas istius opi.

Quantū ad 2m̄ articulū. Dicēdū est aliter ad qōnē. ꝓ qua. Premittent pmo alique distinctiones. Scdo elicientur ꝓnes rñsiue ad qōnem. Prima distinctio sit ista: q singulare est duplex. qđam est singulare signatū. quoddā est singulare vagum: singulare vagum nihil aliud est qđ nā determinata proprietate idiui duali vaga z indeterminata. s. hac vel illa indeterminate. sicut ꝓpiendo naturaz in aliquo supposito indeter-

minate accepto. Singulare signatur est ipsa nā determinata ꝑprietate indiuiduali signata z determinata. s. Sortcitate vel ¶Platoneitate. ¶Scōa distinctio q singulare signatū pōt intelligi duob⁹ modis. vno⁰ vt est vnū p se: z sic nihil aliud est q̄ nā cū ꝑprietate indiuiduali: qr ista duo se hñt sicut po⁹ per se: z act⁹ per se. ex gb⁹ duob⁹ resultat vnitas per se. ex. 8. meta. scdo mō pōt intelligi vt est vnū per accīs: z tale est aliqd vnū nō tm̄ includens nām z singularitatē: verū etiā multa alia accīntia mālia: z indiuiduantia: sicut locus: tps: magnitudo: figura: que dicūtur p̄incipia indiuiduātia a posteriori z per accīs. ¶Pro ꝑpietas aūt indiuidualis est p̄n̄ indiuiduans a priori z per se. ¶Ultima diuisio est q aliqd esse intelligibile pōt esse vel ex nā sui: vel per cōparationē ad intellm̄ cognoscentē. Aliqd enim est de se intelligibile: qđ tm̄ nō pōt attingi ab intellu pp aliq̄z imꝓportionem ipsius ad obm. ¶His stantib⁹. sit ista p̄a ꝛ. Singulare quolibet modo sumptū est per se intelligibile. Ista conclusio patet ex dictis. singulare. n. qūocūq; sumptū in q̄tū tale: nihil diminuit de entitate rei: sed potius addit ad entitatez. g̃ nihil diminuit de cognoscibilitate: qr vnūqđq; sicut se hz ad entitatē: sic ad cognoscibilitatez. ergo tale singulare ex nā sui saltē est intelligibile z cognoscibile: z de oibus his diffusius videbit in. 7. metaph̄. ¶2ª ꝛ. singulare signatum acceptuz sub ꝑpria rōne singularitas nō est intelligibile ab intellectu ꝓiuncto: z hoc cōparando tale obm ad virtutez cognoscitiuā intell⁹ nr̄i ꝓiuncti. Ista ꝓclusio diffuse declarabit in. 7. metaph̄. pro nūc tñ ꝑbaf sic. ¶Potētia que cognoscit aliqđ vnū obm̄ distincte z pfecte: cognoscit p̄m ꝑpriā vnitatē. Sed intell⁹ noster ꝓiunctus nō cognoscit vnitatē ꝑpriā singularis. ergo nō distincte z perfecte cognoscit singulare sub ꝑpria rōne singularitatis. ¶Dico est manifesta: qm̄ ipossibile est po⁹ cognoscere aliq̄z entitatē distinctā: nisi cognoscat quicqd est idē real⁹ eidē entitati: vbi talis sit absoluta: sed ita est: q vnitas vniuscuiusq; entis est eadē real⁹ enti. ergo si ens cognoscit perfecte z distincte: cognoscit ꝓiter suā ꝓpria vnitas. ¶Dico aūt ꝑbaf: qr si intell⁹ distincte cognoscit vnitatē singularitatis: cū per vnitatē ꝑpriā vnūqđq; sit indistinctū in se: z distinctus a quolibet alio: cognosceꝫ tale obm esse distinctū a quolibet alio: z per cōs q hoc nō est illud: ꝛ intell⁹ non sic distinguit singulare a singulari. vt statim ꝑbabit. ergo sequit ꝓpositū. ¶Et cōfirmaf. ¶Nam cognitio pfecta z distincta alicui⁹ est respectu alicui⁹ intentionis vel realitatis quaz intell⁹ distincte cognoscit. Sit exēplū gr̄a. ista intentio qua itell⁹ cognoscit. distincte A. posito A. circūscripto quocūq; alio extrinseco: nō distinguit itell⁹ ipsuz A. a quolibet alio circūscribaf ab A. dīa loci: tps: magnitudinis z figure: que aduenīunt singulari a posteriori: z ipsi intentioni A. Nō. n. A. dicit esse hoc. z singulare: qr sit in hoc loco: ꝛ ideo est in hoc loco: qr est hoc. Similiter nō ideo singulare est ꝛ: qr hz hanc magnitudinē z hanc figurā: sed potius ideo magnitudo z figura est hec: quia sunt in hac cā. ¶Et hoc cōfirmaf ex ꝓncipijs san. Tho. qr accīntia capiunt vnitatē z distonez a ꝛbus. ex hoc sequitur: q cuz oibus istis circūscriptis A. nō possit distingui a qualibet alia intentione eiusdē rōnis: z spēi. intell⁹ non distincte z pfecte cognoscit A. p̄m ꝑpriam eius vnitatez. z ergo A. (qđ ponitur ratio singularitatis) nō cognoscit pfecte z distincte ab itellectu: z ratio huius dicti est: qr singularitas nō est ratio agendi in itell⁹m: ꝛ nā. Intellectus aūt cognoscit obm sub ea rōne sub qua mouet: z que est sibi ratio agēdi. ergo itell⁹ cognoscit obm sub rōne nāe: q̄ aūt singularitas nō sit ratio agendi: apparet per hoc: qr illud est rō agendi qđ est p̄n̄ assimilandi passum. singularitas nō est p̄n̄ assimilandi: sed distinguendi. ergo nō est rō agēdi: de gb⁹ supius in. 5. q. ¶Ité ponit singularitas ꝓditio determinata agētis: z ita p̄n̄ limitatiuū z determinatiuū actionis: z nō p̄n̄ agēdi. ¶Pro euidētia tñ duaz ꝓclusionū positaz ac duaz subsequētiū sunt aliq̄ notāda: quoz ꝑmū est: q aliud est singulare intelligi sub rōne singularitatis: sic q singularitas sit rō intelligēdi. Aliud est q singularitas dicaf esse obm intellectuz: aut ps obiecti itellecti. ¶Primo mō singularitas nō ꝓcipitur a nobis: qr sic ꝓcipe singularitatē est ꝓcipere ipsaz distincte z seorsum ab alia singularitate: z a nā seu q̄ditate. Se cūdo mō singularitas bñ cōcipit z intelligit a nobis: qa q̄ aliqđ vnū obm ꝓcipit adequate: qcqd eēntialr̄ includit in illo: secūdario z ex ꝓnti ꝓcipit. Sed totū singulare sic intelligit tanq̄ obm adequatū vni⁹ intellectionis. ergo ét ꝓcipiet singularitas in ipso: non tñ sic: q sit modus obiecti itellecti: aut rō itelligēdi. ¶Scdo est notanduz q in hoc ꝓuenit sensus z intellectus: q neuter apphēdit singularitatē seorsum a nā: aut ab alia singularitate loquēdo de singularitate que est ꝑpetas idiuidualis ꝓstituens per se vnū cū ipsa nā quā vocamus hecheitatē: sed tñ differūt in hoc: q intellect⁹ apphēdit ipsaz q̄ditatē seorsum a singularitate. sensus aūt nunq̄ apphendit nām seorsuz a singularitate. ¶Ultimo est notāduz q aliud é aliquid p̄mo itelligi: aliud per se intelligi: aliud est directe intelligi. Illud dr̄ p̄mo itelligi qđ p̄mo p̄mitate originis itelligit: vel p̄ p̄mitate adeq̄tionis: z hoc 2°° duplr̄: vel hz adequationē ad potentiā: vel p̄m adequationē ad vnū actū itelligēdi. ¶Primo (.i. p̄mitate originis) aliqđ intelligit qđ via originis p̄ mouet itellectū. scdo mō qui est p̄m⁹ modus adeq̄tionis qñ est tale q p ei⁹ rōnē potētia attigit qcqd attingit. 3°°. s. adeq̄tionis ad vnū actū: qđ adequatez ita q nō vt ps terminat aliquē vnū actū itelligēdi. Isto modo nos dicimus: q q̄tū bipedale adeq̄te intelligit: z p̄mo p̄mitate adequationis: pars aūt eius non sic adeq̄te neq; primo intelligit. ¶Per se intelligi est intelligi p rationem ꝑpriā: sicut per accidēs itelligi: per rōnē alterius. vt de sensibili secūdo de aia patet. Directe aūt itelligi é itelligi per ꝓpriā ispēm: z nō per reflexionē potentie ad ipsam ispēm: aut ad aliquod representatiuū ipsius obiecti. Ex ꝭbus oibus nos ꝓcludimus: q ꝛ singulare signatum nō sit per se intelligibile sub ꝑpria rōne singularitatis. vt dictū est: neq; directe itelligibile vt ꝑbabit i sequēti cōclusione. ¶Nec p̄mo intelligibile p̄mitate originis: vt ét ꝓbabit in eadē ꝓclusione. ¶Ipm tamē singulare é p̄mo itelligibile p̄m adequationē ad actū itelligēdi: q̄ potest itelligi ab itellectu nō vt pars alterius: neq; vt aliqđ eēntialiter ínclusum in alio. ¶Sit g̃ ista 3ª ꝓclusio. singulare signatū itelligit ab itellectu ꝓducto reflexe. hoc patet per expositionē cōem. ter. cōmē. 10. 3°° de aia. vbi habet q p̄ per idē p̄n̄ abstractū z separatū: sicut est itellectus: cognoscit z itelligit caro. i. idiuiduū carnis: z carnis esse: ꝛ est quiditas carnis: istud p̄n̄ in cognoscēdo carnis esse z ipsam carnē se hz vt linea extēsa ad seipsam vt circūferam: qcqd dicat ¶Bur. ¶Probaf ét rōne: q idiuiduū signatū itelligat reflexe. Illud qđ itelligit nō per ꝓpriaz ispēm: sed p reflexionē potētie ad aliqđ representatiuum ipsius: itelligit reflexe. Sed ita est: q intellectus noster ꝓductus in itelligēdo singulare signatū nō itelligit ipm p ꝑpriā ispēm imediate repūtantē ipm. Sed per reflexionem ad fantasmata. g̃ tale singulare signatū itelligitur reflexe. ¶Maio: pz ex descriptiōe eius qđ est itelligi reflexe. mior declarabit in 4ª cōclusione imediate sequēti. ¶Que sit ista. Singulare vagū p̄mo p̄mitate originis z directe in telligit ab itellectu ꝓducto: que ꝓclo directe est ꝺ. S. Tho. Ista ꝓclusio pbaf breuiter. Ars z cognitio intellectualis insequit nām: sed ita est q in actione nāli agēs, pducens nō p̄mo itēdit vlē: qm̄ tūc pducto vniuersali puta corpore: nō ptenderet vlterius actionē. ¶Neq; tale agens primo intendit singulare signatum: qm̄ producta tali singulari adhuc cessaret actio nāe. Sed primo intendit produce-

re naturam

re nām in aliquo suppositō: qđ est idiuiduū vagū. ergo sic erit in cognitione itellectuali: q ispēs repītatiua obti primo repītabit nām in aliquo suppositō idetermiate accepto. ¶Repītat. n. nā. p° cū multis accītib⁹ nām ipa ꝫ hentibus: z sein uicē mutuo (2° repītat ipa ꝫ nām in se: qm intell's pōt abstrahere oēobm iclusum in p° obto: z sic oēm rōnē itelligibilē separe ab alia rōne intelligibili: z tūc ista spēs secūdario repītabit ipsam qditatē z nām in se. 3° spēs repītat nām ipsam determinatā multis cir cūstātijs signatis relucētibus in santasmate distinctiori modo ad quam nām intelligendā cum istis circūstātijs signatis determinantibus ad hoc vt distincte possit ipa intelligi: opz itellm reflecti ad tales circūstātias in santasmate relucentes: z tunc itelligit distincte: eo mō quo distincte cognoscī pōt ipm singulare signatū z nō cognoscim⁹ singulare signatū distinctius: qz ex cognitione istaꝫ circū stātiaꝫ que repītant in santasmate: z signū huius est: q ipsum singulare cognoscimus ex cognitione istaꝫ circū stantiaꝫ: q: sicut obm intelligimus: ita ipm significam⁹. Unde si volum⁹ significare fo:. dicām⁹ q fo:. est hō longus: grossus: crispus: niger ꝛc. Et ita nos hēmus: q primū cognitū pmitate originis est singulare vagū. ¶Loquēdo de cognitione itellectiua. 2m cognitū est ipsa nāz qditas in se. 3m cognitū est singulare signatū: qđ sic itelligit reflexe: quēadmodum dictum est ꝛc.

Quātū ad 3m articulū sunt alique difficultates. Con tra 2am ꝓnez arguit triplr. p° q: illud est ma xime itelligibile qđ est maxime sensibile: ꝫ vnitas singularis sub rōne singularitatis est hō. ergo ꝛc. maio: est nō. z minor probat: q: vnitas est per se sensibilis. ex scōo de aia. g maxia vnitas est maxie sensibilis. ꝓnīa est euidēs. Sicut simplr ad simplr: ita maximū ad maximū. vnitas singularitatis est maxima. Tum q: idiuisibilis z ipluri ficabilis. Tuꝫ q: maxime realis vt de se notū est. igit ꝛc. ¶2° arguit. Si. n. ideo singularitas nō intelligit ab itel lectu nr̄o: q: nō sit rō agēdi respectu itell's: sequit q ipsa nō poterit ab aliq̄ itellectu passiuo a liqui⁹ obti itelligi: z cognosci: z ita non ab intellectu angelico: ꝓnīa est falsuꝫ. ꝓnīa est euidens. Nihil. n. cognoscit sub aliqua rōne di stincte: sic q̄lla rō sit modus obti itellecti: z rō cognoscē di: nisi sit rō agēdi z mouēdi intellm. singularitas nō est hō. g a nullo itellectu poterit aliq̄ intelligi sub rōne sin gularitatis. ¶Ité 3° arguit. intell's nr̄ cognoscit existen tiam sub rōne exīrie: ꝫ exīntia nō est ista mō rō agēdi: q: nō est nā: nec; qditas. g relinquit q aliq̄ pfecte z distin cte itelligit: qđ tm nō est rō mouēdi intellm. ¶Ad p^m rn̄ detur q sensibile cōe nō ꝓducit ꝓpīa spēm in sensu per quā faciat ad sbam imutationis: sicut sensibilia ꝓpīa: ꝫ tm facit ad modū vel ōiam imutationis vt hz videri. 2° de aia. Et ideo nō sentit nūs: aut vnitas nisi mediantib⁹ qualitatib⁹ sensibilib⁹. sic ergo nō sentimus vnitates rō ne singularitatis. s. duo obta sensibilia in cꝛtum duo: sed solū vt duo distincta loco: tpe: figura: colore: z sic de alijs: ita q vnitas: aut nūs nō capitur sine alijs accidētibus sensibilib⁹. Et ad formā arguēti quū dr: illud est maxi me itelligibile ꝛc. Cōceditur maior z negat minor. Nam vnitas nāe est magis sensibilis: q: accītia sensibilia ꝓpria que isequunt nāz: efficatius mouent sensuꝫ ꝫ accī tia que isequunt singularitatē. Nam p^a accītia sequunt entitatē que est rō agēdi in sensum z intellm: ꝫ nō accī tia que isequūt singularitatē. Et ad illud thopicoꝛ. sicut simplr ad simplr ꝛc. Rn̄det q tꝫ in his que sunt per se: z nullo° per accīs. Sicut nō sequit. albū est extēsuꝫ. g ma gis albū est magis extēsum: albū est dulce. g magis albū est magis dulce: ita in ꝓposito. vnitas nō sentit nisi me diante sensibili ꝓprio cui accītalr ꝓiungit: z q: sensibilia ꝓpria nāe vt nā est: efficatius mouent: qz accītia sensibi lia singularitatis: q: sunt accītia ei⁹ qđ est, prima rō mo uendi z nō accītia singularitatis. ió b vnitas sentit z nō illa. ¶Ad 2m rn̄det ꝑmittēdo q duplex est actio: quedaꝫ est actio nālis: qdaꝫ itellectualis. Actio nālis est illa q hz fieri respectu māe sensibilis aliquo mō. Actio itellectua lis q hz fieri respectu itell's z māe abstracte ab oi q̄litate sensibili. Si loquamur de actione nāli: p^m isti⁹ actionis formale passiuū aut actiuū est ipsa nā z qditas. vt pz per phm. 2. phisicoꝛ. Nā est p^m mot⁹ z getis ei⁹ in quo ꝛc. Si loquamur de actione itell's respectu isti⁹ actionis pōt aliqd esse p^m agēdi: dato q nō sit nā z qditas. nūmō sit entitas actualis: q: actus z itelligibile conuertunt. ¶Ad is ꝑmissis: rn̄det negādo istā ꝓnīā. Intell's nr̄ nō pōt itelli gere singularitatez: g neq; itell's angelicus. z rō est ista: q: si itell's nr̄ recipit itellectionez ab obto: recipit mediante actione nāli que fit in sensu: respectu cui⁹ nihil pōt eē rō agēdi: nisi nā. Sed si itell's angelicus recipit intellectionē ab obto: nō recipit mediāte actione nāli: vt distinguit ꝺ intellectualē. Sed imediate patit ab obto: z ita pōt imu tari ab oi entitate actuali. ¶Pōt etiā aliter rn̄deri ad pri mā istantiā itez negādo ꝓnīā eandē. ¶Pro quo est no tandū q defectus in cognoscibili arguit itensiorē virtutē in cognoscēte: vt vult Aꝛ. in lib. de sensu z sen. Si. n. visi bile ꝺiminueret in infinitū: oporteret visum crescere in in nituꝫ ad hoc vt peiperet visibile: cū aūt singularitas ipsa sit minime cognoscibilitatis incōparatione ad nām: nō opz cognoscentē nām cognoscere singularitatē: sed itell's a gelicus: qui est maioris virtutis cognoscitiue q̄ intel lectus humanus cōiunctus: pōt cognoscere ipsam singu laritatē dato q ipsa nō papiat ab intellectu humano: ex eo q talis intellectus angelicus est pfectioris virtutis cogno scitiue. ¶Sz ꝺ istā rn̄sionē adhuc instat: itell's nr̄ est sum me dispositꝰ respectu cuiuscūq; itelligibilis q̄ est oia fieri: ex 3° de aia. Sed passum sūme dispositū pōt cōmutari a quocūq; agente. igit poterit itell's nr̄ imutari a singula ritate. ¶D. q̄to passiuz est minoris po°: tāto agēs debiliꝰ pōt ipm mouere z agere in ipm pp minorē resistentiā passi ad agēs. Sz intell's nr̄ est impfectius passum q̄ sit intell's angelicus. ergo obm debilius in actualitate pote rit efficat⁹ us mouere intellm nr̄m pol'em q̄ intellm an gelicū: z ita singularitas sic poterit mouere ipm. ¶Ad p^m isto: rn̄det dicēdo: q aliqd esse sūme dispositū pōt eē vel pūatiue vel positiue. illud est sūme dispositū pūatiue qđ hz carentiā cuiuscūq; ꝓtrarij forme inducēde: ꝫ positi ue sūme dispositū est illud qđ hz oēm pfectionē necēo re quisitā ad actuꝫ agentis. Intellectus dr̄ sūme dispositus primo°: q: nō hz formā ꝓpriā forme introducēde: nō tm est sūme dispositus 2°° q: nō hz pfectā virtutē cognoscitiuā in cōparatione ad intellm angelicū. Intell's n. nr̄m nō tm est receptiu⁹ s z passiuus: verūetiam opatiuus: z ꝫ ipse in cꝛtū passiuus z receptiuus dicat eē impfect⁹: tm in cꝛtū operatiuus est pfect⁹: z esse operatiuū in ipso nihil aliud est: q̄ ipm eē cognoscitiuū. Un suum opari est itellgere. z hoc arguit pfectionē in ipso: q: ergo itell's angelicus per fectius est operatiuus q̄ nr̄. ió aliqd pōt cognoscere pfec te z distincte saltem: qđ nr̄ sic distincte attingere nō pōt. ¶Et si tu arguas. passiuū a plurib⁹ vr esse impfectius. g intellect⁹ angelicus erit impfectior itellectu nr̄o. ¶Rn̄ detur negando assumptū: q passiuū a plurib⁹ sit impfe ctius. Nā vbi passum nō pōt pfici nisi patiat: si est a plu ribus passiuū er hoc nō dr̄ impfectius. ¶Ad 2m argumē tuz rn̄det negādo: q q̄ passiuz est debilius q semp agēs posit ipm mouere. Uterū est tm ꝺ assumptū: vbi passum nō magis determinat ad actū pfectū q̄ impfectū z B cēn tialiꝰ: z ordine quodā cēntiali. Certū est. n. q mā p^a est im perfectius passiuz: q̄ ibā corpea: z tm nō sequit q si aliq̄ agēs pōt imut re sbam corpoream iducēdo aliquā formā accītalē in ipsam imediate q possit imutare mām ꝓmā imediate ad formā accītalē. Et hoc est: q: mā ꝓma deter-

mināt de se vt ppriū susceptiuū ad actū pfectionem q̄ sit accētalis act⁹.z ecōtra act⁹ substalis determinat de se ad tale susceptiuū:qđ est mā p⁹.Jn posito intell⁹ nr̄ substantia sit imperfectio⁹ intellectu angelico ex ordine eentiali quē hz ad sensum q patit passione nāli .z a nā determinat ad agēs pfect⁹:z ad for^am pfectione:q̄ sit entitas singularitatis:z hz q̄ztū ad cognitionē pfectā et⁹:z distictā : vbi aūt nō eēt iste ordo eentialis:sicut forte est in aia separata:posset intellectū posse pati z mutari ab ipsa singularitate. ¶Ad 3^m arg^m factū in pn^o articuli rndet negādo et ista ꝓntia.Existentia pcipit ab itellectu nr̄o.g̃ z singularitas.existia.n. nō tm distat a qditate z nā q̄ztū singularitas.Existia.n.hz nō sit de essentia nāe z qditatis:tm nō hz distincta formalitatē a qditate.est.n.qd z actus actualitate z qditate ipsius nāe.g̃ q̄cūq; rō est pn^m formale cognoscēdi nām : pōt esse pn^m formale cognoscēdi existiaz singularitas aūt nō est de essentia nāe:imo ꝑhibet diuersa a nā:z hz distinctaz formalitatē a nā:z ita mouēs ad cognitionez nāe nō mouet de necessitate ad cognitionē singularis ꝛc̄.

Beinde arguit.ō ista ꝓnē vltimā.Tu dicis q̄ singulare vagū p̄ itelligit ab itellectu ꝓiuncto.Cōtra.q: obm hz ꝓportionari pot⁹:hz ita est q̄ singulare vagum nō ꝓportionat itellectui possibilis.g̃ itell⁹ possibilis nō itelligit p̄ singulare vagū. ¶2^o ar. Si singulare vagus p̄ itelligeret:seqūret q̄ frustra poneret itell⁹ agēs.Jntellectus.n.agēs nō ponit nisi ad abstrahendū qditatē a ꝑditionib⁹ mālibus z idiuiduantib⁹:hz q̄ te qditas ipsa pōt apprehēdi imediate ab itellectu cū ꝑditionib⁹ idiuiduantib⁹.g̃ supfluet actio itell⁹ agētis. ¶Itez 3^o arguit q̄ ista positio nō sit ad mentē Doctoris subt. ¶Ponit.n. Doctor subt.in.3.di.p.in pn^o q̄ spēs spālissima p̄ intelligitur ab itellectu nr̄o cui⁹ singulare fortius z efficatius mouet sēsum (sc̄m etiā positū est supra in alia.q.arti° 2° in pn^o ꝓ ꝓma ꝓne.) Hz si singulare vagus p̄ itelligit.g̃ nō spēs spālissima. ¶Ad p^m ista ꝓ rndet: q̄ inter obm z po^am dz esse ꝓportio:sed ꝓportio semp est iter dissimilia ꝑm spēm z nām:sicut iter actū z po^am:actiuū z passiuum: totū z pres:māz z formā:que oīno sūt diuersa in nā z in spē:z ista sic se hūt:q nō hūt eundē modū essendi nālem. Ex quo sequit q̄ cū obm respectu po^e hēat talē ꝓportionem:nō opz itell⁹ hīe talē modū eēndi nāle:z: qualē modum eēndi hz ipm singulare qđ mouet ipm. ¶Pōt ēt dici in spāli:q̄ itell⁹ assimilat obto:nō qđē quantū ad esse nāle:hz q̄ztū ad aliquē actū receptū ab obto:q est spēs intelligibilis:aut act⁹ itelligēdi:z hoc est q̄ dī.1.de aia :q̄ cognitio fit per assimilationē cognoscētis ad cognitum. Jste aūt actus recept⁹ in itellectu possibili in quo repūtatur obm cū sit eius nālis similitudo:eque bñ est imālis:sicut ipse met itell⁹:q: itell⁹ sicut nō est forma extēsa in mā:z in esse dependēs a mā:ita qcūq; actus recipit in ipso intellectu est sic imālis z inextensus:q: oē qđ recipit in aliquo: recipit per modum recipientis.Unde si sensus qui est po^a in mā recipit spēm ab obto sine materia extēsa:tū multo magis itell⁹ qui est imālis.Ex quo ꝓcludit:q̄ itellectus possibilis assimilat singulari qđ recipit quantū ad spēm ipsam:que est ipsum obm repūtatiue.Assimilat inquaz q̄ztū ad eē imāle z inextensuz:qđ hz ipm obm rōne spēi in qua repūtat. ¶Ad 2^m rndet negādo:q̄ supfluat actio intellectus agentis posita ista opinione. Actio.n.intellectus agentis nō tm ponit ad abstrahendū qditatē a conditionibus mālibus:verūetiaz ad hoc vt virtute ipsius signat spēs intelligibilis in itellectu. Jn qua spē intelligibili hz obm esse imāle:qđ ꝑius hēbat eē in fantasmate māle:z extensum:z hoc est qđ egregie iquit Auerro.3. de aia.cōmen.18.actio intellectus agentis est vt trāsferat obm de ordine in ordinez:hoc est de ordine esse mālis z extensi ad ordinem esse imalis:z inextensi. Est.n.duplex actio intell⁹ agentis. Una est actio realis ꝑm quā de fantasmate gignit spēs itelligibilē in itellectu possibili. Alia est actio metaphorica ꝑm quaz de obto mālī z extenso gignit obm ꝑm esse imāle:z iextensum. Unde cū obm hēat tale esse quale esse hz suū repūtatiuū:z cū fantasma hēat esse māle extēsum:qđ est esse sensibile z imaginabile:obz repūtatū in fantasmate secūdario z ex ꝑnti hz sic esse māle:z extensum. Et cū spēs itelligibilis hēat esse spūale z inextensum:sic tale esse hz obm ipsum repūtatū in specie:z ꝑm hoc verū est qđ inquit Cōmē.qđ obm transfert de ordine in ordinē:hoc est de ordine mālīū z sensibiliū ad ordinē spūaliū z itelligibiliū. Jsto mō nos dicimus:q̄ singulare vagū trāsfert sic de ordine in ordinē: qz de esse qđ hz in fantasmate:ad esse qđ hz in spē itelligibili:que spēs intelligibilis:nō pōt ꝓduci a fantasmate solo:qz nunq̄ effectus equiuocus excedit suā cām equoca totalē.vt superius.q.alia in p^o primi arti.est ostēsum. Sz spēs itelligibilis est effectus equiuocus respectu fantasmatis:z est pfectio⁹ fantasmate.ergo nō pōt gigni solū virtute fantasmatis.ergo vt sic necessario requirit actio intell⁹ agētis. ¶Si tu dicas Cōmē.z Alz.dicunt:q̄ si qditates essent separate:vt posuit Plato:frustra poneret intell⁹ agens. ¶Dico q̄ hoc sequit̄ ex positione Platonis:qz forma separata z imālis potest sufficienter mouere intell⁹ in possibilem.Sed quiditates ꝑm Platonē erant sic separate.g̃ sufficienter poterant nō cōcurrere alio agente imāli mouere ipm intell⁹ in possibilem:qz agēs imāle pōt mouere passum imāle. ¶Ad vltimū dubiū dī:q̄ Sco.in positione illa dicit q̄ spēs spālissima est primū cognitū.qcquid sit de cognitione singularis:ita q̄ omittendo difficultatem de cognitione singularis que alibi ꝑm ipm erat pertractanda (quēadmodū z nos in.q.alia istuz passum reportauim⁹ ad hāc.q.vbi hz locū) z loquēdo de his que ꝑm oium opi.sunt per se cognoscibilia : spēs spālissima ꝑm ipm est primū cognitū ab intellectu ꝓiuncto primitate originis z in notitia ꝓfusa:ita q̄ cōparat magis vle ad minus vle:quo ad cognitionē nostram:z nō vle ad singulare. ¶Vel possumus dicere:z est quasi idē:q̄ ipse loquitur de his cognoscibilibus que possunt cognosci ꝑm propriam eoꝝ rationē z ꝑm propriā eoꝝ vnitatē.singulare aūt in q̄ztum singulare ꝑm ipsum nō est cognoscibile ꝑm ꝓpriam vnitatem.loquēdo de singulari per se:signato:z qđlibet vle potest cognosci a nobis ꝑm ꝓpriaz vnitatē.ergo loquēdo de istis cognoscibilibus.vt dictuz est:procedit p^o sua.

Quantū ad vltimū articulum. ¶Ad argumenta principalia ante oppositum adducta respondeō.z primo ad primū:pmittendo q̄ obiectū ꝑmū alicuius potētie pōt accipi quatuor modis.Uno modo primū primitate adequationis:ꝑm adequationē ad potentiā.Secundo mō primū primitate pfectionis.Tertio mō primū primitate originis.Quarto mō primū primitate p̄cisionis seu exclusionis. Primū obm intell⁹ prima primitate est ens inquantū ens:z hoc ex nā potentie intellectiue que est totius entis z ꝑm oēm ambituz entis dicente p^o.3.de aia.q̄ opz intell⁹m esse imittuz ad hoc vt oia intelligat. Obiectuz primū 2^a primitate respectu intellectus:est deus gloriosus:de quo habēt in.10.ethicorum.q̄ in ipso cōsistit felicitas nr̄a nālis. Obiectū primum 3^a primitate:est singulare vagū:vel cōparando vle ad vle:cōceptus speciei specialissime:cuius singulare fortius mouet sensuz. Quarto modo obiectū primū est ipm qđquid est:seu qditas abstracta a singularitate:qz qđqd est:seu quiditas sic separata p̄cise attingitur ab intellectu:z nō ab aliqua alia potētia : loquēdo de attingentia in cognoscēdo. Ex ista distōne apparet rūsio ad argumētum. ¶Potest ētiā dici:q̄ qđquid est primū obiectuz intellectus primitate originis respectu singularis signati vel singularis cognoscibilis ꝑm ppriā rōnem singularitatis:q̄

ritatis: q; qditas ipsa p̃intelligit ante singulare signatū: quēadmodū habitū est in corpe. q. zc. ¶ Ad aliud argm rñdet p̃mittēdo q; illud qđ est formale alicuius repsentatiuū: est virtuale repsentatiuū respectu alteri⁹: vel saltem pōt cē. Dico aūt formale repñtatiuū respectu alicui⁹: qđ p̃ z adeq̃te ipm repñtat: ꝫ virtuale repñtatiuū est respectu alicui⁹: qñ illud repñtat vt ps qditatiua: vel eēntialis vel vt aliqd idiuiduū quomodocūq; in obto p̃. ¶ 2° é notādū: q; sic se hz singulare ad vle in eēndo: ita repñtatiua ipsoz. q; sūt spēs ipse talia obta repñtātes se hñt in repñtādo: sed singulare ꝑtinet vle eēntialr. g̃ repñtatiuum singularis vtualr repñtabit ipm vle. ¶ 3° est notāduz: q; ly qōlibet repñtatiuū singularis sit vtuale repñtatiuum respectu vlis: nō tñ opz: q; quot sūt spēs singularū: tot dicanť cē spēs vlūm: qr ista repñtatiua singularū q; sūt vtualia repñtatiua respectu vlūm: nō repñtāt nisi vnū obiectū vle: z ita in rōne repñtādi oēs iste spēs ꝛcurrūt: z p̃t dici vnū vtuale repñtatiuū. Tū qr ꝛcurrit in vna rōne repñtādi respectu vlis. Tū qr tñmō vnuz obm repñtāt: z ita ex rōne repñtandi: z ex rōne repñtabilis p̃t dici vna spēs: z vnū repñtatiuū. ¶ Per hoc rñdet ad formā argmēti. dicēdo q; p eādē spēm itelligit vle z singulare: q; species p̃ē singularis: vel idiuidui vagi. secūdario z ex p̃ti est ipi⁹ vlis. ¶ Et cū tu dicis. q; eadē spēs nō pōt repñtare vle z singulare. Rñdeo ꝑcedēdo q; eodē mō nō pōt ea dē spēs ista duo repñtare: ꝫ bñ alio z alio: qr p̃ singulare scdario z vtualr ipm vle. z bñ sit vtute itellius abstrahētis qditatē z nām ab oib⁹ ꝓditiōib⁹ idiuiduātib⁹: q; itell's est p̃cisiu⁹ z abstractiu⁹ cuiuscūq; rōnis itelligibilis: q; icluditur in obto. Et qñ dr q; eadē spēs nō p̃t repñtare ib istis rōnib⁹ distincte z idistincte. Dico q; eadē spēs nō pōt repñtare sub istis rōnib⁹ p̃ z imediate illud qđ repñtat: sed repsentādo aliqđ vnū p̃: pōt illud distincte repñtare: repñtādo aūt aliqd inclusum in illo: pōt idē repñtabile, repñtare indistincte rōne illius qđ secūdario repñtat. Jn q; repsentato illud p̃ repñtabile aliquo mō ꝑtinet: sicut ps subiectiua in toto vlī. Et sit finis q̃stum ad istam qōne.

¶ Primū eni sba que vniuscuiusq; ꝓpa vniuscuiusq; que nō inest alt; zc. Textu cōmenti. xlv. Qō. viij.



In septimo metaphi. Lōcurrēs igredit mām de vnitate nāe. ¶ Pro cuius argumēto z solone. Querit: vtrū ꝑter vnitatē singularē sit dare aliquā vnitatē realē mino⁹ rē vnitate nūali. ¶ Et arguit negatiue: qr data veritate istī⁹ positionis: sequit q; in aia erūt due anime itellectiue: cōsequēs est falsum. g̃ z añs. Et ꝓtia. pbat. Certū est q; hō in cōi hz ppriā vnitatē distinctā ab vnitate Sor. vt cōcedit Sco. sed ista cōis z vlis realr distinguitur ab vnitate Sor. Qđ pbat ex fūdamētis ipsi⁹ Sco. Queciq; sic se habēt: q; vnū pōt manere alio nō manēte. illa distinguunt realr: ꝫ ita ē q; manet hō cōis: nō manēte Sor. g̃ hō cōmunis distinguet realr a Sor. ꝫ in hoie in cōi est mā: z forma q̃ est aia itellectiua: z illa ē alia a forma Sor. pp aliā z aliā vnitatē vtriusq; g̃ erūte hoie cōi in Sor. ibi erūt due aīe itellectiue. ¶ 2° pncipalr arguit. Vle est ingñabile z incorruptibile. ex. 7. metaphi. ꝫ corruptibile z incorruptibile differūt plusq̃ gñe: loquēdo de gñe phīco. g̃ qcḡd ē ipi⁹ cōis: erit alterius gñis phīci z susceptiui ab eo qđ ē singularis corruptibilis. Quo dato sequit: q; aia itellectiua hois in cōi nō possit recipi in eodē susceptiuo: cū aīa Sortis: z ita aia itellectiua hois in cōi erit quedaz aia abstracta z separata ab oi mā. ¶ Ultimo arguit. Si aial hz vnitatē ppriā distictā ab vnitate singularis: vel ab vnitate ꝓpue spēi: segt q; aial poterit trāsmutari realr ab vna spē in aliā: z ita poterit trāsmutari a forma asini ad formaz hois: z ecōtra. ꝓns est falsum. g̃ z añs. ꝓtia. pbat. Qđcūq; est indifferēs ad aliū plura distincta realr: q̃stū est ex se pōt trāsmutari ab vno in reliquū: sed ita est: q; aial ē huiusmodi respectu suarum specierum. ergo zc. Hoc idez probatur de hoie respectu suoz indiuiduoz zc.

Ad oppositū z pp parte affirmatiua qōnis arguit. Illud est ens reale: vl ex nā rei qđ est p̃n̄ agēdi (vel actiōe reali in passum trāsmutabile: vel actiōe itētionali in sensuz z intellectū) est ēt distinctū eus ex nā rei ab eo cui nō cōpetit sicē p̃n̄ z rō agēdi. Sed ita est q; nā est hoc: z nō singularitas: seu rō singularitatis. g̃ zc. Mai⁹ est manifesta: qr actio realis nō debet: nisi p̃n° reali. sili⁹ actio itētionalis in sensuz z itell'm (cum ipsa sit ens reale: z depēdeat a p̃n° elicitiuo ipsi⁹) de necessitate opz dare q; ei⁹ p̃n̄ sit ens reale. mino⁹ aūt ꝑbatur. Illud est p̃n̄ agēdi in actione nāli: z in actiōe itētionali. in quo agēs assīlat sibi passum. ꝫ illud in quo passuz assīmilat agēti est ipsa nā: z rō nāe. Qđ pbat: qr ignis generās ignē nō assīmilat ignī genito i vnitate singulari: aut in singularitate: sed assīlat tñmō in nā specifica. g̃ nā sic erit p̃n̄ z ratio agēdi: vt distinguitur a singularitate.

In ista. q. sunt ꝙtuor articuli. In primo sunt aliq necessaria p̃mittenda. In 2° cclusiones elicīēde. In 3° difficultates mouēde z excludēde. In 4° rōnes in principio facte sunt soluende.

Quātū ad p̃m ꝙtuor sunt notāda. ¶ Primo notandū est: q; est differētia inter singulare: nāz: z vniuersale. Singulare enim est illud qđ est incōmunicabile pluribus: z indiuisibile in illa. maxime hoc est verū in creaturis. Ratio enim cōmunis indiuidui tam creati q̃z increati est: q; sit iplurificabile: z indiuisibile in plura. Ratio enī z incōmunicabilitatis cōpetit tm in diuiduo creato. Ex quo sequitur q; indiuiduum creatū: z est incōmunicabile z indiuisibile in plura. z ꝓpter hoc appellatur indiuiduum: quasi nō diuiduum: seu nō diuisum: z qr tale indiuiduum est incōmunicabile: vt dictuz est: oportet vt cōstituat in tali eē per aliquā entitatē incōmunicabilē: z simpliciter idiuisibilē. Ista aūt entitas vltimate cōstitutiua ipsius est ipsa singularitas: quaz nos appellamus proprietatem indiuidualem seu hecceitatē z qz vnicuiq; entitati correspondet sua, ppria vnitas (vt hz Sco. in 2° sniaz. dī. 3. q. 6. z in eodez li. di. 12. q. ꝫ). Jō singularitati idiuisibili corrñdet sua, ppa vnitas: q; est ei⁹ passio p se p sibi cōpetēs: a qua totū singulare est vnuz. z ista vnitas dr eē realis: z ēt maxima: realis talis quidem qr est ꝑter oēz actū itellect⁹ in actuali exñtia: z in re maxima ēt qr idiuisibilis z icōicabilis plurib⁹. Maz cū de rōne vnitatis sit idiuisio (saltē ꝓcomitanter) ois illa vnitas dr esse maxia: q; est maxie idiuisa: z ita vnitas indiuidualis ē maxia vnitas z realis. Mā vo seu ens nāe ē illud qđ est actu cōicabile pluribus: vel ēt actu participatū z diuisum in plura: z est ipsa nā z qditas i multis singularib⁹ q̃ q̃stū est de se nō determinat ad aliqđ singulare: ꝫ si ē in vno singulari q̃stū est de se: sibi nō repugnat eē in alio: z ita ista nā ē ideterminata ideterminatiōe ꝓpatiua ad qđlibet singulare ad hūc sensuz: qr de se nō est determinata ad h̄ singulare magis q̃z ad illud: ꝫ bñ est apta nata determinari. Ista ēt nā est ideterminata ad vltatē i actu: z ipa vt actu ꝓcipata a plurib⁹ idiuiduis nō est vlis in actu: sed solū in po⁹. Vle eni in actu est illud qđ hz duas cōditiones. quaz vna est: q; est abstractū a quolibet supposito: z est vnū obiectū numero potentia ꝓxima dicibile: z ꝑdicabile de oi suo supposito. hoc aūt nō cōpetit nature: vt est in plurib⁹ suppositis: qr nā vt est in vna exñtia: aut singularitate nō est idifferēs ad quodlibet singulare vt dicibilis de quolibet tali ꝑdicatiōe i recto: z ꝑdicitate dicente. hoc est hoc: sed solūmodo hoc est verū de

ipsa nā vt abstracta a quolibet singulari: z vt ē vnū obz
itelligibilē nūo habēs aliquā vnitatē ꝺm quā pōt predi
cari de quolibet: dicēdo q hoc est ipm. Ista autē abstra
ctio nāe a quolibet supposito fit: vel ab itellectu agēte: vel
ab itellectu possibili ꝺm diuersas opiniones de opatiōe
ipsius vlis in actu. Scōm aliquos enī itellectus agēs facꝫ
vle in actu, p qzto de fantasmate, producit spēm itelligibilez
representatē obiectū vlr z abstracte. Et actio itellectꝰ agē
tis terminat ad nām in esse obiectiuo abstracto a quoli
betꝰ singulari. z talis nā in tali eē est vlis in actu. Secun
dū alios vle in actu fit ab itellectu possibili: q: actio itelle
ctus agētis terminat ad spēm itelligibilē abstractā ꝺm eē
sed nō abstractā obiectiue representatiue: q: primū qꝺ p
ducit ab itellectu agēte de fantasmate in itellectu possibi
li est spēs itelligibilis representās ipm singulare vagum:
vt aliqualiter, pbatū est supra. q. 35. articulo 2° cōclusiōe
4ª. Intellectus autē possibilis, cuius est abstrahere omne
obiectū: z oēm rōnē itelligibilē inclusam in ꝑmo itel
lectu abstrahit ipsam nām a cōditionibꝰ idiuiduātibꝰ: z
ꝓsiderat ipsam in se. z talis nā ꝓsiderata ab intellu possi
bili in tali eē abstracto: ꝺi esse vlis in actu. hoc est: est vnū
obiectū nūo potentia ꝓxima dicibile z predicabile de
omni supposito: cuius est nā. Secūda ꝛdītio quā habet
vle in actu est actualis attributio ꝓdicationis ipsius nāe
ad suppositū: de quo ꝓdicat: z talis actualis attributio
(que nō est nisi cōparatio itellectꝰ in ipsa nā per moduꝫ
ꝓdicabilis ad quodlibet suppositū: de quo predicat) fit
ab intellectu: z est relatio rōnis in ipsa nā: que relatio ra
tionis est ipsa vniuersalitas: z intēcio scōa. de qua cōside
rat logicus. Et de ista verum est qꝺ dicit Cōmentator in
primo de anima. cōmento. 8°. Intellectus est q facit vni
uersalitatem in rebus: sed ipsa nā substrata ipsi vniuer
salitati ꝛjuncta appellat vniuersale metaphisicum (con
siderata in tali eē abstracto) qz de ipsa ꝓsiderat metaphi
sicus: de ipsa formatꝫ diffinitiones: z de ipsa demonstrat
ꝓprias passiones. ¶Ex hoc sequit vnū corelariū: q cū
hoc ꝛcretū vle sit cōcretū denominatiuum: oportet assi
gnare in significato istius cōcreti illud quod denominatur: z illud qꝺ denominat. Quia omne cōcretum signifi
cans aliquā formā: supponit, ꝓ vtroqꝫ: z ꝓ fūdamē
to: z ꝓ forma. Fundamētū autē denominatū ab vlitate
(que est intēcio scōa) est ipsa nā. forma autē denominans
est ipsa vniuersalitas: z ita vle duo iportat: queadmodū
dictum est. ¶Sed est hic aduertendū: q vlitas non attri
buit nature vnlsomiter. Nā ꝺm maiorē z minorē ꝙuenientia in rōnibus formalibꝰ ꝙtentis in idiuiduis rep
tam ab itellectu: idē itellectus attribuit aliā z aliā rōnez
vniuersalis: istis rōnibus formalibus z intēcionibꝰ ꝓmissis: de qbus cōsiderat metaphisicus: q: eni itellectus nō
pāpit tantā cōueniētiam idiuiduoꝝ: vel speciez eiusdez
generis: qītā percipit in idiuiduis eiusdem speciei. ideo
attribuit ꝛceptui gīis seu nature istam itentionē secun
dam vlitatis que est genus: z quia maiorē reperit in in
diuiduis eiusdē spēi: attribuit spēi istā intēcionem vlita
tis que est spēs. Qm hoc nomē spēs est ipositū ad signifi
cādā ipsam vlitatē specifica. z hoc est qꝺ ingt Themistiꝰ
in ꝑmo de aia. q intēcio generis: seu hypostasis: est colle
cta ex tenui similitudine ipsorum singularium: q: singu
laria talis generis: vel spēs ipse habēt minorē ꝙueniētiā
qītatiuā in diuiduis spēi specialissime. Ex his sequit qꝺ ꝓmis
sus est: q ad rōnē vlis in actu requiritur natura ipa que
est actu participata in multis: z ipsa intēcio vlitatis attri
Minor probatur: q potentia naturalis ad videndum remouetur realiter a forte si sit cecus: q fortes circūscripto omni actu intellectus est cecus: z non videns actu: neq; potentia: z per oppositū affirmatiōes istaz negationuz nō homo: nō lapis: nō de⁹: nō remouent a deo pter animaz: vel etiam ab homine: q remotio pſupponit inesse vel infuisse: vel saltē potestatē vel aptitudinem ad inesse. Ph. nihil remouet realiter ab aliquo subiecto nisi p aliquid positiuū vel negatiuuz extra animam sibi incompossibile: sed lumen remouet ab aere extra animaz z nō per aliquid positiuū extra animam sibi incompossibile: quia lumē nō habet aliquā formā contrariā. ergo remouetur per aliqđ priuatiuū. Ph. ad idē arguit. ois mutatio realis habet extrema realia: ſz generatio z corruptio sunt mutationes reales. igit termini earum sunt reales. Maio: p: quia mutatio nō est nisi respectus z habitudo inter terminos: a quibus mutatio essentialiter dependet. igit si mutatio est realis z termini sunt reales. priuatio est terminus vtriusq; mutatiōis: qđ probat. nā Aris. 5° phisicoruz. textu cōmen. 5. Generatio inquit est a non subiecto in subiectū: corruptio ecōtra: z subdit. dico aūt subiectū ens affirmatione monstratum zc. Confirmatur auctoritate Aristo. secūdo de anima. textu cōmē. 101. dicentis visum per accidens apphendere tenebraz que est priuatio lucis. Item secundo de anima. Quies est per se ſenſibilis: quies aūt est ꝓuatio motus ſaltē in termino a quo: hoc aūt sibi nō cōpeteret nisi priuatio esset ens reale: aut ex natura rei. Ihz ꝓfirmatur per illud qđ dicit Cōmenta. 8mo phisico z. cōmen. 81. ꝓuatio est causa appetitus materie ad formā: z ibidē. ꝓuatio est annexa materie. simile habet in primo phisicoruz. textu cōmen. 66. z 67. q ꝓuatio est ꝑn^m: ꝑn^m z causa entis realis est ens reale. vt pz. igitur priuatio est ens reale. Contra istuz modus dicendi arguit. pbando q negatio extra genus que est extremū contradictionis sit ens reale: cuius oppositū dictum est: z arguitur sic. Homo est non lapis circūscripto opere intellectus. ergo negatio extra genus competit ei ex natura rei. ꝓsequentia est cuidens: z antecedens. probatur: quia circūscripto omni opere intellectus: hō aut est lapis: aut nō lapis: sed nō est lapis. ergo nō lapis. Item arguit. Nulla affirmatio remouetur formaliter ab aliquo extra animā existente nisi per negationem formaliter oppositaz: z extra intellectum sibi inexistentem: sed homo extra animaz formaliter remouetur a lapide. ergo per negationem realem sibi formaliter inexistentez. Maio: p: quia vnum oppositum nō remouet nisi per aliud oppositum sibi incompossibile. Item manente inferiori manet superius: sed negatio est superior ad priuationem: quia omnis priuatio est negatio z nō ecōtra. ergo si nō manet negatio extra animā non manet priuatio. Ph. Quanta est incompossibilitas inter terminos ad quos trāsmutationis: tanta est inter terminos a qb⁹: sed impossibile est terminos ad quos generatiōis ignis z generationis aque esse simul in eadem materia. ergo z priuationes istaz formaz erunt incōpossibiles in eadez materia preter animā: nam si vna inest eadez rōne z alia. Maio: p: quia eodem modo distinguunt z mensurantur termini a quibus. s. priuationes z habitus qbus opponunt. Naz si habitus z forme distinguuntur specie z priuatiōes distinguunt specie. z si numero: numero. Ut sicut visus z auditus distinguunt specie positiue sic surditas z cecitas ꝓuatiue. Ad hec respondet: z ad primū q circūscripto omni opere intellectus homo neq; formaliter est lapis: neq; nō lapis: eo q formalis cōpositio huius affirmationis lapis cū homine vel diuisio ꝓsistit precise in operatione itellis. est bene homo fundamētalr nō lapis: q est res cui nō cōpetit esse lapidem: z quāuis iter cōtradictoria nō sit dare mediū absolute sumpta: tamen cum istis additionibus formaliter: aut extra animaz bene datur mediū. Ad aliud respondet: q aliquid dicit remoueri ab aliquo realiter duobus modis. vno modo ꝓprie z formaliter: quia. s. infuit vel est aptū natū inesse: sed nō inest: z sic nihil pōt ab aliquo formaliter remoueri: nisi per negationez sibi formaliter inexistentem extra intellectū. Alio mō aliquid dicit remoueri impꝛprie ab aliquo: nō q ei infuerit: aut aptum natū sit inesse: sed tm̄ quia sibi nō inest: z si sic nō remouetur ab illo per negationē sibi formaliter inexistentē extra animam: sed precise ꝑpter affirmationē sibi incompossibilē: ideo homo nō est lapis: quia homo est homo. nam quia ista affirmatio homo inest homini extra animā que est incōpossibilis lapidi ꝓ tanto hō nō est lapis: z nō quia aliqua negatio: sicut ista nō lapis insit homini extra animam formaliter. Ut est nō lapis: quia est hō z non ecōtra. Ad aliud dicit q enti in anima z enti extra animaz nihil est cōmune vniuocū: z ideo negatio nō est quid cōmune ad priuationē z negationē extra genus nisi ꝑm vocez: priuatio aūt ꝓprie habet esse extra animā: nō aute negatio extra genus. Ad vltimus dicit q nulle priuationes sunt oppposite in eodē nisi sint. puationes formaz oppositaz que sint imediate circa idem de necessitate sequētes. sicut sunt puationes ꝓtrariorū imediatoz vt sanitatis z egritudinis: z quia nulle forme sunt sic imediate circa materiaz q necessario se ꝓsequanť. ideo nulle priuatiōes sunt oppposite in materia. Sed respectu agentis nālis alique possiunt esse imediate: quia agens naturale nō pōt amouere vnū oppositoz a materia nisi ponēdo reliquum. s. nō corrūpit frigiditatez in aqua nisi introducat caliditatem: z ꝛz ita sit: nō tamē ꝓmo itendit corruptionē frigiditatis: sed solū per se itendit inductionem caliditatis: sed quia hoc nō pōt nisi corrūpat frigiditatem. idcō per accidens itendit corruptionem eius: z quāuis alique forme sint oppposite imediate in ordine ad agens naturale z ne cessario consequanť susceptiuū earuz: circa qđ agit: sic q si vna inest: susceptiuuz eius caret alia: nō tamē iste ordo est ex materia que quantum est ex se immediate est susceptiua cuiuscūq; forme agens vero naturale nō agit nisi in materiā quātam: z nō potest attingere ad nudā essentiam materie. vt ponit Doctor subtilis in secūdo. distin. 12ª. q. secunda: ꝛz in eodē secūdo. distin. 3ª. q. quarta. dicat aliter sequēdo opinionē. Egidij: de quo alias. Tertia ꝓpositio. priuatio includit duo in significato vnū principaliter tanq; formale significatū qđ est negatio. aliud secundario. z ex cōsequēti z cōnotatiue. s. subiectū aptuz natuz habere formā oppositā priuationi quantū ad suū formale significatū nihil positiuū includit: quia cuilibet entitati positiue que potest recipi in aliquo subiecto est priuatio oppositaquum priuatio nō sit nisi carentia entis positiui: sed priuationi nō est priuatio opposita: quia sic esset processus in infinitum. igitur zc. Secundo: quia omnis entitas positiua nouiter acquisita est terminus alicuius actionis positiue: ꝛz priuatio nō est terminus alicuius mutationis positiue: ꝛz solius corruptiōis que nō est mutatio positiua. ergo zc. Si vero priuatio capiatur quātum ad illud qđ secundario. z ex consequēti importat: ꝓuatio est ens positiuū: z si querať per qđ distinguit priuatio a negatione simplr extra genus. videť q debeat distingui per illud qđ est sibi intrinsecū: quia vnumqđq; formaliter distinguit per illud qđ est de essentia sui: priuatio nihil includit de eēntia nisi negationē puram. igit priuatio distinguit formalr a negatione per negationez simplicē. Ad hoc respōdet: q vel op⁹ dicere q ꝓuatio nō distinguit per itrinseca a negatione: sed solum penes cōnotata: z tunc op⁹ negare illaz vniuersalē. videlz nihil distinguit formalr zc. q vera est in positiuis nō in ꝓuatiuis: vel dicendum est q priuatio vt cecitas z alij termini

priuatiui tã in cõcreto q̃z in abstracto distinguunt̃ negatiue: hoc est sunt nõ idem cuicũq; a quo distinguuntur: quia distinctio positiua est passio entis: z iste sumit̃ penes aliquã entitatẽ positiuaz intrinsecam. ¶Non idẽtitas sumit̃ vel potest sumi penes ꝓuatiuuz ens: aut negationem. z tũc dico q̃ ista negatio ꝓuatiua est nõ eadẽ negationi extra gen⁹ seipsa formaliter: quia hec est alteritas rationis ab illa: quũ negatio in cõmuni dicat equiuoce de istis duabus. vt dictũ est: z cõcedo q̃ priuatio distinguit formaliter vel non est eadem formaliter negationi extra genus per negationẽ alteritatis rationis ab ipsa a qua distinguitur. ¶Et si quer aꝛ. vnde est ista alteritas rationis. ¶Respondeo q̃ ista nõ potest assignari per intrinseca: nisi quia hec negatio est hec negatio: z illa est illa: z natura vnius est alia a natura alterius. vnde forte ista negatiua ꝓpositio est imediata. hec negatio priuatiua nõ est negatio extra genus. si vero alteritas rõnis istaruz negationum debeat assignari per extrinseca facile assignabitur. vz. quia negatio priuatiua est negatio vt in aliquo positiuo: negatio extra genus nõ: quũ possit dici de simpliciter nõ ente. ¶Sed adhuc instaꝛ phando q̃ priuatio intrinsece z formaliter importat aliq̃ positiuuz ſic. Illud de quo vere põt dici istud verbũ est 2ᵐ adiacens est vere aliq̃ positiuũ: sed de priuatione potest vere dici hoc verbum est 2ᵐ adiacens. igit̃ ꝛc. ¶Dinoꝛ. pbaꝫ: quia ista conceditur. cecitas est. tenebꝛe sunt. ¶Ad hoc respõdetur. q̃ ad hoc q̃ hoc verbũ est ꝑdicẽ de aliquo vere nõ oportet q̃ illud importet aliquã entitatẽ positiuaz: sed sufficit q̃ dicat aliquod priuatiuũ. ¶Sed cõtra. quia in ista ꝓpositione. cecitas est. subiectũ ꝓ̃o nullo supponit: quũ ꝓuatio de significato suo formali nõ importet nisi negationẽ forme. ¶Respondeꝺ ꝓformiter. q̃ nõ opz in tali ꝓpositione vbi ꝑdicat eẽ secundũ adiacens subiectũ semper supponere ꝓ̃o aliquo positiuo sufficit q̃ supponat ꝓ̃o aliquo ꝓuatiuo. ¶Vel põt dici q̃ termini ꝓuatiui sunt termini cõnotatiui tam in concreto q̃z in abstracto. ideo supponũt ꝓ̃o illis ꝓnotatis: z nõ tñ ꝓ̃o significatis formalibus. vnde ista abstracta z cõcreta eodẽ modo se habent ad ꝓnotata z significata formalia: z vt sic sunt sinonoma. ideo quãdo dicit. cecitas est. ly cecitas. supponit p oculis ꝓnotando ipsos nõ hꝫe visum eodez modo. sicut cecus. Et si dicas q̃ hoc est ꝓ̃z Arist. in postꝑdicamentis: vbi dicit: q̃ ꝓuatio nõ est ꝓuari. ¶Respondeꝺ q̃ Arist. nõ vult negare istã ꝓpositionez cecus est cecitas: sed vult dicere q̃ cecitas aliud importat de significato principali z de ꝓnotato. Ex his apparet determinatio difficultatis quõ ꝓuatio distinguit̃ realiter a potẽtia passiua: qz quuz tam mã q̃z potẽtia eius sit aliq̃ positiuũ reale: z ꝓuatio nullũ tale formaliꝫ includat. sequtur q̃ distinguit̃ formaliꝫ tam a mã q̃z a potẽtia eius: z tunc vltra. quũ ꝓuatio desinet eẽ in mã: manẽte ipsa mã z potẽtia eius passiua sub damẽtali distinguit̃ realiꝫ ab ipsa vel saltẽ nõ est eadẽ realiter illi. Ex his ꝑz determinatio qõnis ꝓncipalis.

Ad argumenta alterius opinionis oppositẽ. ¶Respondeꝺ z primo ad auctoritatẽ Arist. 2°. phisico. de diffinitione nature. Vbi dicit̃ nã est ꝑn^{m} nãle q̃ est in alio non ꝑn^{m} in quo passiuum ꝛc. ¶Respõdetur q̃ nã in ista diffinitione accipit ꝓ̃o ꝑn° passiuo: z quũ dicit q̃ nã ſm Aristo. nõ est ꝑn^{m} in quo: sed quod est in alio ꝛc. ¶Respõdetur q̃: sicut ꝓncipiuz actiuũ nõ est quod: sed quo agens agit: ita passiuz nõ est ꝓncipiũ in quo: sed quo aliq̃ est in aliquo: z ita natura est ꝓncipiũ eius quod est in alio. ſ. motus: z sic accipit Arist. ꝓncipiuz naturale in diffinitione nature: z tale ꝓncipiũ passiuũ est in rebus nãlibus: naturaliter ordinatum ad motũ. Et ex hoc nõ sequitur q̃ tale ꝓncipium sit aliquid forme generande. ¶Ad ꝓformationẽ quuz dicitur q̃ natura principaliuz dicitur de forma q̃z de materia ꝓceditur. Et quũ dicit q̃ forma est ꝓncipiũ actiuũ. ¶Respondetur q̃ nõ semper est ꝓncipiũ actiuuz: sed etiã passiuuz. nam per quãcũq; formã res est in actu per eandẽ recipit passionẽ cõsequentẽ formã z alios motus nãles per quos perficitur illud: cuius est forma. sicut graue per suam formã determinat̃ ad locum deoꝛsum z perficit̃ per ipm: z vt sic graue inclinat̃ ad motũ deoꝛsum sibi nãlem a forma sua. ¶Ad 2ᵃᵐ ꝓformationẽ de differẽtia inter nãlia z artificialia. ¶Respondeꝺ. nãlia differũt ab artificialib⁹ penes ꝓncipiũ passiuũ: nãlia enim habent ꝓncipiũ passiuũ nãliter inclinatũ ad formã nãlem. artificialia nõ: sed mã eoꝛ vel est in potentia neutra respectu forme artificialis: sic q̃ neq; in ipsaz nãliter inclinat: neq; ꝓtranaturaliter inclinat. ſ. nãliter appetendo opposituz ipsius: vel forma artificialis recipit in materia ꝓtra naturalem eius inclinationez: sicut omnes forme inducte per diuisionẽ ꝓtinui z ordinez partiũ in toto cõposito artificiali: sicut in edificijs z erectionib⁹ vbi lapides ponũtur sursum ꝓtra eoꝛ nãlez inclinationẽ. Et quũ addit: q̃ artificialia hñt in se ꝑn^{m} passiuũ: hoc est veruz: sed tale ꝑn^{m} nõ habet aptitudinẽ nãlez ad formã: potẽtia enĩ passiua est sine aptitudine nãli: sicut aptitudo nãlis sine potẽtia passiua nãli. Exemplũ primi: graue est in po^{a} passiua ad esse sursum: z tñ nõ hꝫ aptitudinẽ nãlem ad esse sursuz: qz nõ inclinat̃ nãliter ad esse sursum quũ nõ ꝑficiat̃ per vbi sursum: ſz per vbi deoꝛsuz. Exemplũ ſcõi. Cecus hꝫ aptitudinẽ nãlem ad actũ videndi: z tñ nõ hꝫ potentiã passiuam nãlem ad hꝰ actũ: nec incõuenit aliq̃ esse nãliter inclinatũ ad aliquẽ actum: qui tñ nõ est possibilis recipi in apto nato ſbto. vñ aptitudo põt esse ex parte ſubti: q̃uis nõ fit ex parte actus: z si esset ex parte vtriuſq; esset ibi potentia nãlis: qꝺ est falsum: qz a potẽtia ad habitũ ipossibilis est regressus. aptitudo nãlis indicat vbi aliq̃ ſm se inclinat̃ ad formaz vel vbi for^{a} nõ repugnat et ex nã sua. ¶Ad alia auctoritatẽ. si domus esset eoꝛ que nã sunt ꝛc. ¶Respondeꝺ q̃ intentio Aristo. ibi est q̃ sicut ars agit per determinata media ordinata ad finẽ vſq; ad^{a} vltimũ ꝓncipaliter itentũ: ita nã. similis. n. est. ꝓcessus vtriuſq; quo ad hoc z nõ aliter: z ita si dom⁹ fieret a nã eundẽ ordinez seruaret quẽ rez. net vbi fit ab arte. ¶Ad alias auctoritatez. ſ. si ars nauifactiua esset in lignis. ¶Respondeꝺ: ibi nõ plus vult Aristo. nisi q̃ nõ est veruz naturã nõ agere ꝓpter finez: quia non deliberat quasi deliberatio sit causa precisa quare agens agit ꝓpter finẽ: vt dicebant antiqui: z ex ꝓmissi nõ deliberare sit causa ꝓpter quã agens nõ agit ꝓpter finẽ. vt sicut affirmatio est cã affirmationis: ita negatio negationis: sed vbi ars nauifactiua esset in lignis que ars nõ deliberaret: ſz mere nãliter ageret adhuc ageret ꝓpter finẽ: sic etiã facit nã: q̃ aũt nã etiaz q̃ nõ deliberet: agat ꝓpter finẽ apparet: qz frustraꝛ: z q̃nz errat i sua operatione. ¶Ad alia auctem. vz. a nã sunt q̃cũq; a quo daz ꝑn° ꝛc. Ad hoc rñdeꝺ vno mõ q̃ nãlia hñt in se ꝑn^{m} effectiuũ aliquoz motuũ: nõ tñ oium: vt dictũ est in determinatione qõnis. qz non respectu gñationis ſbalis: z cuiuscũq; actiõis vniuoce. artificialia nõ. z per hoc differunt artificialia a nãlibus. forma enĩ nãlis cõiter est ꝑn^{m} actiuũ: q̃uis nõ fit de necessitate nãlitatis motus sic esse actiuũ. forma artificialis nec actiuũ nec passiuũ ꝑn^{m} est: sed forma nãlis semp est alterũ istoꝝ. ¶Ad auctoritatez. 6. meta. de distinctione scientie practice a speculatiua. ¶Respondeꝺ ſm cõmenta. ibidez q̃ practica distinguit̃ a speculatiua per hoc q̃ est circa obiecta: quoꝝ ꝓncipiuz est in nobis: que sunt ars z intellectus: z ita eoꝝ ꝓncipium est in agente cognoscẽte: sed speculatiua versatur circa obta: quoꝝ ꝑn^{m} nõ est in nobis. Et hec distinctio ſm ipsum est penes ꝑn^{m} actiuuz obiectoꝝ vtriuſq; scientie. ¶Sed ꝓtra: q. Alz. dicit q̃ phisica que ẽ speculatiua est circa ſbaz in qua est ꝑn^{m} motꝰ z stat⁹: inuenꝫ q̃ speculat iua est circa

nua est circa obiecta: quoꝝ ꝑn^{m} est in ꝑsis. ⁊ tūc si distinguat practicā a speculatiua penes ꝑn^{a} obiectoꝝ opz accipere ꝑn^{a} vniformiter. aliogn argumētū p qđ ꝓbaꝝ distinctio scientie practice a ꝓhisica nihil ꝺcluderet: sed certuz est q ꝑn^{m} artificialiū acceptū in ponendo differentiā eoꝝ a naturalibus est ꝑn^{m} actiuū: qz voluntas: ars: ⁊ intellectus vt dicit Cōmen. ergo ꝑncipiuz in nālib^{9} sic ēt accipit pro principio actiuo. ⁊ sic in nālib^{9} est ꝑn^{m} actiuū sui motus: aut mutatiōis nālis. ⁊ ita stabit ꝓpositū. ¶Ad hoc rn̄ꝺetur q omne nāle hz principiū actiuuz alicui^{9} mot^{9} nālis: nō tn̄ sue gn̄ationis passiue nālis: qz nihil gn̄at se: vt dictū est. artificiale nulli^{9}. Et ex hoc non sequit q in mā sit aliqd inchoatiuū forme: que ꝺz gn̄ari: qz in ipsa est tantū principiū actiuū actionis equoce. ¶Sed ꝯ: qz ex ista rn̄sione sequit q ꝓhisica sciētia nō ꝺistinguit a practica: nisi penes obiecta nālia ꝓsiderata quo ad illos mot^{9}. ⁊ non quo ad oēs mot^{9} eis nāles: ⁊ ita ꝺna sciētie nālis a sciētia practica penes obiecta nō erit vniuersalis. Ideo aliter ꝺicit q est vniuersalis penes obiecta: qz aliquod nāle hz in se principiū actiuū omnis mot^{9} qui sibi cōpetit. ¶Contra qz sequit ide^{m} q prius: q ꝓhisica nō ꝺistinguit a practica nisi quo ad ista nālia. ⁊ ita Alz. non ꝺistinguit a practica nisi ꝓhisicā ꝺe aliquo nāli. Ideo aliter ꝺicit q omne ꝑncipiū artificialiū per se ordinatū ad esse eoꝝ in ꝗtū artificialia sunt est in agēte cognoscēte: sed nō omne principiū ꝓhificū per se ordinatū ad esse rei nālis in ꝗtū naturalis est in agēte: sed aliquod est in passo: qz actio nālis ꝺependet vt nālis ꝑncipaliter a ꝑncipio passiuo existente in re mota. ⁊ hoc facit sufficiēter ꝺifferētia inter artez ⁊ nām: qz penes nihil qđ est in passo accipit ars: sed tn̄ penes itellectū ⁊ voluntatē: que ꝯstituūt artez: que sūt in facēte: que ars quasi semp facit ꝺ inclinatiōne passi: vt ꝺictuz est supra. Sed si ens nāle hz principiū actiuū aliquod sui motus nālis: cū hoc necessario simul requirit principiū passiuū: qđ inclinat in actionē nālis agentis. ¶Ad aliud ꝺe casu ⁊ fortuna q reducunt ad nām ⁊ intellectū ⁊c. Rn̄ꝺet q nā accipit vno mō vt est principiū actiuū ꝺetermianatū ad vnū oppositoꝝ: ⁊ ad vnū ꝺeterminatū modum producendi: que nā isto mō sumpta ꝺistinguit contra ꝓpositū: qđ est in ꝺifferēs ad oppositā. Allio mō accipit pro principio nāli a quo sumitur naturalitas mot^{9}. ⁊ natura isto mō: seu nāle ꝺistinguit cōtra violentuz. ⁊ sic aliquꝺ ꝑpot esse nā sumpta primo mō: vbi nō est nā sēꝺo mō. Exēplū. si ignis agat in aquā calefaciēꝺo ipsam ꝓtra naturā suā: ignis in ista actione est nā primo mō: ⁊ nō sēꝺo mō: qz actio ignis nō est ꝑm inclinatiōnē passi: imo contra el^{9} inclinatiōnē. ⁊ sic violēta. Casus ⁊ fortuna vt sūt cāe agētes reducunt ad nām primo mō ⁊ ꝓpositū: ita q ad nām sic acceptā reducit casus: qui reperit solū in natura lib^{9}. Et fortuna que est in volūtarijs seu liberis reducit ad ꝓpositū: sed hoc nō repugnat positiōi nostre: mō non sequit. Natura est principiū actiuū naturale. ergo qcqd est nā est principiū actiuū: ⁊ omne principiū nāle est actiuū. sic ꝺicēt procedere ratio ista ꝺz. ¶Ad aliud ꝺe 3^{o} etht coꝝ ⁊c. ꝺico q hoc qđ ꝺicit non conferenti vim passo: ly ꝓferēte vim. ꝺeterminat ly passo. ⁊ nō principiū extra. ⁊ si cōstruatur cum passo hoc qđ est cōferre vim potest itelligi ꝺuobus modis. vno modo q passum conferat vim actiue: ⁊ coagat agenti extrinseco. ⁊ hoc est falsuz: vt ꝺictū est. alio modo inclinatiue: vt sit sensus. passum non prebet inclinatiōnē ⁊ tēꝺētiam in formā: que inducitur ab agente extrinseco. Et iste sensus est verus: si ly nō cōferēte vim. nō tn̄ accipiatur negatiue: sed etiam privatiue: ⁊ cōtrarie: quia passum nō solum nō habet inclinationez ad formam: accipiēꝺo nō habere pure negatiue: sed contra formam inductam naturaliter inclinatur. per oppositum. si ignis generet ignem ꝺe aqua: quāuis nō fit i materia agens intrinsecū qđ coagat agenti extrinseco. sicut ignis: qz tamē materia ignis affecta qualitatibus ꝺisponētibus per alterationē inclinatur nāliter in formaz ignis. Ideo ista actio non est violenta: sed ꝓhisica ⁊ nālis. ¶Ad auctoritatē in. 7. metaꝓhis. tex. cōmē. 29. respōꝺet q Alz. nō intelligit per partem forme: partem formalez: sed tn̄ virtualē ꝓ quāto in materia ꝑedit aliqua forma: que cōtinet virtualiter effectiue: vel saltē ꝺispositiue ipsaz formā generāꝺā: ⁊ ꝺicit forma ista precedens esse pars: quia forte secū cōcurrit alia causa partialis secum coagens ad generationem forme: sicut quāꝺo calor efficit sanitatez: cuz quo cōcurrit ꝺissolutio humoꝝ: ⁊ multa alia. ¶Ad ꝺuas rōnes que hic formabātur. vz. q ꝓductio forme nālis esset creatio: ⁊ q esset violēta. Quātū ad primū ꝓz respōsio ex ꝺictis in ꝺetermināne ꝑncipali. q. cōclusione 4^{a}. Quātū ad sēm ꝓz ex hoc q immediate ꝑmissum est: exponēꝺo sniam Aristo. in 3^{o} etht̄icoꝝ. ꝺe violēto.

¶Ad alias aucēres que addebātur exponēꝺo modum positionis istoꝝ: qui ponit inchoationes formaz: ⁊ primo ad illā que sumitur ex primo ꝓhisi. vbi ꝺicitur. Oportet principia semper manere ⁊c. ¶Ad hanc auctoritatē ꝺātur multe expositiones: vna est q in omni trāsmutatiōe substātiali oꝝ esse principia. s. materiā: formā ⁊ ꝓuatio nem: semp enī ꝓuatio in qualibet trāsmutatione est terminus a quo: ⁊ forma est terminus ad quem. ⁊ mā ibz. ¶Allia expositio huius aucēris est q principia oꝝ semp manere ꝗꝺiu manet illud cuius sunt per se principia: ⁊ ideo mā ⁊ forma que sunt principia ꝗtū ad esse semper manēt ꝓ quolibet tēpore: in quo verū est ꝺicere q ꝑncipiatū est. ꝓuatio vō que est per se principiū transmutationis semp manet ꝓ quolibet tempore: ꝓ quo verū est ꝺicere q trāsmutatio est: ⁊ sic eo modo quo aliqd est ꝑn^{m}. eo modo manet. ¶Sed est alia expositiō magis ad mentē Alz. ⁊ Cōmē. ꝺicendo q male principiuz semp manet: cū sit incorruptibile primā aūt ꝑncipia ꝺzia semper manēt: nō qz semp existāt: sed qz semp sūt termini cuiuscuqz trāsmutationis. vnus enī termin^{9} est ꝓuatio. ⁊ alius est forma. nō sic autē ꝺe ꝺzijs posterioriꝬ^{9}. ⁊ hoc qđ subꝺit Alz. vbi hz q alia ꝺzia nō sunt ꝑn^{a}. nō qđē absoluta: ⁊ quocūqz mō. qz quū inter ꝺzia posteriora possit esse trāsmutatio: sequit q ipsa possunt esse ꝑn^{a}. Sed itelligēꝺū est q ꝺzia posteriora nō possunt esse ꝑn^{a} prima. ⁊ hoc est verū: nā hz albū ⁊ nigruz possint esse termini alicuius trāsmutationis. ⁊ ita ꝑn^{a}. non tn̄ cuiuslibet. ¶Dōt etiā ꝺici ad auctē in se: q ipsa est ad oppositū istius positionis: que ponit omnes formas inchoari in forma corporeitatis perpetua in mā: qz si sic. nunqz ꝓuatio opposita isti forme corporeitatis inerit māe: que ē ꝑn^{m}: aut ꝺz eē in quacūqz trāsmutatiōe si ponit ista forma corporeitatis esse alterū ꝑn^{m} primū: nec valet ꝺicere q ꝓuatio cōcomitat istā formā: qz ista ꝺeficit a suo esse purissimo ⁊ cōpleto: ⁊ qz tēꝺit in nihil: naz forma ⁊ ꝓuatio vt sūt ꝑn^{a} sunt ꝺzia ⁊ oino opposita: ⁊ vnū excludit reliquū: ꝗ ista ipuritas manet cū forma corporeitatis. ꝗ sibi non opponit. aliogn opposita essent simul. ¶ꝺ. ꝓuatio opposita negat qcqd ponit positiuū oppositū: sed ꝓuatio ꝓcomitans formā corporeitatis nō negat ⁊ ꝓuat formā corporeitatis. igr̄ ē expositio ista stare nō ꝑt. ¶Ad alia aucēres. ꝺe ꝑmo meta. rn̄ꝺet q mā ꝑma ꝑus recipit formas vlēs ꝗ pticulares: qz ꝑus recipit formas ipfectas ꝗz pfectas. Nō aūt forme impfecte in pluribus^{9} repit ꝗz pfecte: sicut ratio corporis ꝗz viuētis: ⁊ ꝑus viuētis ꝗz animalis: ⁊ ꝺato q sit vna forma recepta in mā cōpositi ex animalis. illa ꝑus perfect maz sub rōne corporis ꝗz sub rōne viuentis: ⁊ sic deincepe. nō tn̄ aliqua rō ista: quia formarū est coeua materie. Alūtas esteriā cōtra opinātē: qz si mā recipit oēs formas: vt ꝺicit Cōmen. quū omne recipiens sit in potentia ad illud quod recipit: aut ista potētia est simul cū actu aut ante actū: nō ꝑmo mō. ꝗ sēꝺo mō. ⁊ quum hoc non sit ordi-


ñe nature precise: erit ordine temporis: qđ declarat: quia quecūq; sunt ordinata ꝑm nām: z sunt oppoſita z icompoſibilia illud qđ est ꝓius ꝑm nām est et ꝓius duratione z tpe. aliogn duo oppoſita simul eēnt: esse in po^{a} z in actu ꝑm aliquā formā sunt duo oppoſita. g̃ in eadez mēſura tēporis nō poteſt mā simul esse in po^{a} z in actu forme: recipiēs recipit formā in q̃tuz est in po^{a}. igit z̄c. Hec ratio maxime ꝛcludit de ordinatis ꝑm nām ordine nāe poſitiue: sicut esset forte in ꝓpoſito. ¶ Ad auctes z rōnes alterius modi ponēdi reſpectu cuiuſcūq; forme ꝓpriā ichoatione. Rñdet. z ꝓmo ad ꝓmā. de secūdo. phli. vbi dī qꝫ ꝓuatio est ſpēs z nā. Rñdet qꝫ ꝓuatio q̃dāmodo dī nā vel forma: qꝫ semp cōiūgit cū forma z cū ꝓuatiōe vni^{9} forme semp ꝓiūgit alia forma. Tel poteſt dici qꝫ ꝓuatio in ſuo ītellectu icludit formā: nā in nō facere videt facere: vt dicit Aꝛ. ꝓmo elēchoꝝ. vel ēt qꝫ est quodāmodo forma mātē: nā ꝓuatio denoiat mām ad modū forme. vñ sicut mā dī formata: ita dī ꝓuata. ¶ Tel melius ad ītētione Cōmē. nā dicit de ꝓuatiōe exīte in mā ꝓima: itelligēdo ꝓuatione formā ſbalē imperfectione. z sic forma terre pōt dici ꝓuatio reſpectu forme ignis. talis enī nō est ꝓuatio ſimplr: vt dicit Cōmē. imo est vt forma mātē. vñ ꝑm ipm. nā dicit de forma duob^{9} modis. vno mō dī de formis qbus nō cōiūgit ꝓuatio: ſicut de albedine. albedo enī est forma cū qua nō ꝓiūgit ꝓuatio oīno. Allo mō dī nā de formis diminutis: cū quibus cōiungit ꝓuatio: cuiuſmodi est nigredo. nigredo enīz est forma cū qua cōiūgit ꝓuatio albedinis. Et ſi arguatur qꝫ ſicut nigredini cōiūgit ꝓuatio albedis: ſic albedini ꝓuatio nigredis. Rñdet qꝫ nō est ſile: qꝛ nigredini ſic cōiūgit ꝓuatio albedis: qꝫ ipſa: nec est albedo formalr: nec virtualr: ſed ſic nō cōiūgitur albedini ꝓuatio nigredis: nam in albedie virtualiter est nigredo eo mō quo mīn^{9} perfectū est virtualr i magis perfecto. ¶ Tel vltimo modo poteſt dici ad ītētione Cōmē. qꝫ ꝓuatio magis cōiūgit cū forma imꝑfectioꝝ: qꝛ cū imꝑfectioꝝ cōiūgitur ꝓuatio maioris perfectiōis: q̃ cū ꝛio talis forme: ſed nō est ſic de forma ꝑfectioꝝ. ¶ Ex his nō ſequit formaz generādam ꝓcedere in mā ꝑm esse imꝑfectū etiā qꝫ eius ꝓuatio ꝓcedat in mā: vt ꝓz ex dictis. ¶ Ad aliam auctem Cōmē. ꝓmo phli. cōmē. 79. rñdetur: qꝫ ſicut ſi in materia esset aliqua forma cōnaturalis mātē: vt multi ponunt ḡnatio esset ex ente ſimpliciter: qꝛ ex ente in actu: ita ſi mā esset pura ꝓuatio vt posuit plato. ḡnatio esset ex nihilo qꝛ ex pura ꝓuatiōe: ſed nos nō ponim^{9} mām esse puram ꝓuationē: ſed esse ens poſitiuum realiter diſtinctū a ꝓuatiōe: vel ſaltez nō idem realiter. Et quum dicit Cōmē. velle ꝓuationē nō importare puz nō esse. Rñdetur. verum est q̃tum ad ſuum māle ſignificatū z ꝛnotatuz: ſed quātū ad formale ſignificatū iportat ſolum negationez. ¶ Ad aliud cōmēti. 81. in ꝓmo phi. Ex hoc cōmento habet qꝫ vnūquodqz imꝑfectū appetit ſimilari ꝑfecto q̃tū pōt: z quū perfectiſſimū ens in nā sit ꝓmū ꝑncipiū qđ est deus. z deus sit ens actualiſſimum: vnūquodqz ſuo mō appetit esse in actu. Ex quo ſequit qꝫ quum mā ſub ꝓuatiōe forme sit ens i pura potētia ꝓmo diuersa ab actu formali: quē nō habet ex ſe: ſed pōt recipe per actionē agētis nālis. ideo mā vt ſtat ſub ꝓuatiōe forme nāliter appetit ipſaz. ꝓuatio tamē que accidit mātē nō ē materia: neqz est eius appetit^{9}. quē pono esse eūdē eſſentialr cū mā: z ita ꝓuatio nihil poſitiuū dicit formalr: ſed bene ꝛnotatiue. ¶ Et ad illud qđ iſert: qꝫ mā habet de motu: z motus est forma imꝑfecta z̄c. Rñdet: qꝫ in mā ante ḡnationē forme forma nō est in mā: neqz ſub gradu imꝑfecto: neqz ꝑfecto: ſed poſtmodū dum fit z ḡnat ſi fit diuiſibilis ꝑm gradus: vt tenet Cōmē. de formis elemētarib^{9} ꝓius ītroducit ꝑm gradū imꝑfectū q̃ perfectuz. ¶ Sz ꝛ qꝛ Cōmē. loquit de forma yliter accepta: z nō ſolū de forma elemētari. ¶ Dicēduz igit qꝫ quādo forma est i fieri ꝑ trāſmutationez māe que alterat ad diſpoſitiones ꝓuenientes illi forme. hꝫ forma pōt dici esse aliquo mō i mā ſub eē imꝑfecto: qꝛ hz ibi esse diſpoſitiue z i fieri: nō tamē ꝑm esse: aut eſſentiā eius: ita qꝫ nulla realitas forme est in mā in tota alteratiōe ꝑcedēte ḡnationē forme i qua poſtmodū forma introducit tā hz esse q̃ hz eſſentiā: z ita tota ḡnatur seu iducit ab agēte nāli. ¶ Sed adhuc iſtat: qꝛ motꝰ māliter ſumptꝰ qui est forma fluēs: est etiaz i ꝑdicameto ſbe. Rñdeo qꝫ vel vna tm̄ forma ſbalis ſimplex iducitur ab agēte nāli: vl plures. ſi vna tm̄: q̃uis iſta ſit ſimplex hz rēm virtualr est plures: ſicut exēplū gratia ſoia elemēti ē vna ſimplex ſoia. cōtinet tm̄ i virtute gradū entitatiuum ſbe: z gradū corporeitatis. z ꝓius ordine nāe iſormat materiā hz gradū ſbe q̃ corporis: lz i eodē iſtāti tēporis ſoia aduenīat hz vtrūq; gradū: z tūc forma ſub gradu ꝓrioꝝ est motus māliter ſumptus reſpectu ſuiꝑſ ſub gradu posteriori z ꝑfecto: z qꝛ ꝓrioꝝ gradus ordiat a d posteriorē: ꝑ tāto ſub iſto gradu forma appellat fluēs: nō quidez qꝫ mā nō maneat ſub illo gradu forme: ſed ſolū ſub illo gradu ꝑſe mā nō quieſcit: ſed tēdit ad vlteriorē ꝑfectionē: z tūc forma fluēs nō dicit ꝑ desitionē ſui: ſed ꝑ tēdētiā ad vlteriorē perfectionē. z hoc quo ad ḡnationez forme que nō ḡnatur per formas ītermedias. ſicut in aialibus que ḡnantur ex ſemine: qꝫ ſi ſit ſermo de iſtis: tunc mā est ſub multis formis fluētib^{9} per desitionez ſui ante q̃z deueniat ad formā vltimate intētā ab agēte: z q̃tum ad iſtas: quelibet ḡnatur aut corrūpit totalr ꝑm eē. z ꝑm eſſentiā. ¶ Ad auctoritatē Cōmē. cōmēto. 63. in eodē ꝓmo phli. rñdet qꝫ Cōmē. nō plus vult ibi: nisi qꝫ ſi i generatione accidētiū que est motus cōcurrit ſbm: z aliqđ oppoſitū ei qđ ḡnatur: qđ oppoſitū desinit esse cū forma vltimate intēta fit z ḡnatur: ita est in ḡnatione ſbali vbi cōcurrit ſbm deferens trāſmutationē: qđ ꝓius est ſb forma oppoſita anteq̃z sit ſub forma ḡnanda. que ꝑmo intēdit ab agente: z in hoc exēplificat in ḡnatione aialium ex ſpermate: qꝛ enī forma ſpermatis nō est intēta a nā. ꝓpter ſe: ſed ꝓpter alterū in hꝫ ḡnatiōe vt ſit via ad formā aialis: vt dictū est in cozpore cōnis. ꝓterea ſperma corrūpit z alie forme que ſunt oppoſite forme aialis. q̃uscūq; deuentū fuerit ad formā vltimā introducēda sit partibilis ꝑm esse z eſſentiā: z vt ſic ḡnet: ſed ſolū est partibilis rōne accidētiū ꝓrioꝝ: que ſucceſſiue acquirunt: z oppoſite deperduntur. Et ſic ꝑm Cōmētatoꝝ forma ſbalis perficit. z diuiſibiliter acquirit rōne accidētiū nō per ſe. ¶ Sed ꝛ. quia dicit. ſi forma humana sit partibilis. ſed iſta additio nō fuiſſet ponēda. ſi intelligeret esse partibilis rōne accidentiū. ¶ Rñdeo qꝫ Cōmē. dixit hoc: qꝛ aliqua forma ſbalis. hz ipſum est diuiſibilis: z diuiſibiliter acquirit: qꝛ foꝛ imperfecte vt forme elemētares: z in iſtis veruz est qđ dicit: qꝛ. ſ. ꝑm ipm introducunt in mā per partē poſt ptez. z qꝛ diuiſibilitas ḡnationis formarū ſubſtātialiū pōt eē: vel ex parte forme: vel ex pte accidentiū. Exemplificando de forma aialis voluit declarare diuiſibilitatē ḡnatiōis forme ex his que sunt per ſe: z nō ex his que sunt per accidens ſi forma est ptibilis est per ſe diuiſibiliter acquiſibilis. ſi indiuiſibilis: ſolū per accidens. ¶ Ad aliud de ꝓpatione: quū dī. ꝓuatio icludit formalr aliquod poſitiuuz. ¶ Rñdet ꝑ ea que dicta sunt imediate poſt ſolutionē. q. ꝑncipalē. vñ negat: qꝫ ꝓuatio vt ꝓuatio est. iporet formaliter aliquod poſitiuū: ſed ſoluz cōnotatiue: z tale est ſbm seu mā in ḡnatione ſbali. ¶ Sed ꝛ dicebatur: quia Aꝛ. repꝛehēdit ꝓla. qui nō diſtinxit inter māz z ꝓpatiōnē: volēs qꝫ mā z ꝓuatio essent vnū. ¶ Rñdetur qꝫ Aꝛ. recte repꝛehendit ꝓla. q̃tū ad hoc: qꝫ poſuit ꝓuationē esse in ſba mātē z qꝫ oīno essent vnū ſm diffonem: mā z ꝓuatio z hoc est falſum ēt ꝑm nos. ponim^{9} enī ꝓpatione non

tionem nō importare māz in suo intellectu formali: sed solū ꝓnotādo z ꝓortādo secundario. z ex ꝑte: z quasi p accidēs: qđ est ꝺ intentione ꝑla. vt apparet in ꝓallegatis cōmētis. z q ꝓsuerit plato ꝓuationem in ſba z entia māe ꝓxime ꝑz ex Cōmen. commen. 79. primi phi. ꝑoni mus ēt nō identitatē realē nō solū formalē inter materiā z ꝓuationē. ꝑlato aūt ponebat ista esse omnino indistincta. ¶Ad aliud q nō quodlibet fit ex quolibet: ꝛz determinatū ex determinato. nūdetur q ꝓ tanto verū est: qz nulla forma generat nisi ꝓxeuūs disꝓositionib⁹ existētibus in mā: que determināt mām magis ad vnam formā q̄ ad aliā. Et hoc est qđ dicit Cōmē. 12. meta. cōmē. 18. q in mā ꝓcedunt ꝓportiones z habilitates quedā. ex qbus determinata forma generat. Et ꝑ hoc ꝑz ad confirmationē. ¶Ad aliud: quū dicitur. Forma ante sui generationē habet aliq̄d esse distinctū a materia z c̄. ¶Respō deꝺ vno modo q forma ante sui generationem est ens: z nō purū nihil: maxime ꝺm illos qui tenēt ens vniuoce dictū de ente in actu: z de ente in potentia obiectiua: quia actus z potētia: quū sint modi entis nō variāt rationez eius formalē. Et cōcedit q ens in potentia obiectiua est ens simplr: vt esse dicit 3ᵐ additus in ꝓpositione. ¶Et ſdicat. ꝺm qđ: hoc nō est ex cōparatione eī⁹ ad cōmune de vtroq. ſ. tam de ente in actu q̄z ēt de ente in potētia: ꝛz ꝓ ꝺse vt ens in potētia cōparat ad ens in actu: z nō vt ambo cōparant ad 3ᵐ. z ꝺm hoc facilis est rnsio. ¶Sed contra: qz ex hoc videret ꝓcedēdū formā ante sui gīnationem habere aliq̄d esse ēntie. z hoc ꝓcederet Frācis⁹ de ellḋay ronis. z ꝑricus de gādauo. Ideo alio mō pōt dici: negata vniuocatione entis ad ens in actu z in potētia. Tūc ꝓcedit q tale ens in po⁹ est ens ꝺm qđ: vt ambo cōparantur ad ens in cōi: nō tamē est purū nihil: z ens in potentia obiectiua isto mō ꝺistīguit a nihilo simplr: z figmētis: penes hoc. vz. q sibi nō repugnat eē existere: q̄uis sit nō ens: vt nō ens opponit enti simplr in actu: sed vt ens accipit ꝓ ente ꝺm qđ sic ens in po⁹ nō est nō ens: ꝛz ens isto mō acceptū. nō tamē ex hoc ꝓcedit q forma in potētia habeat aliq̄d vez esse essentie: aut existētie. de eē existētie ꝑz: qz hoc est termin⁹ actionis agētis: de eē ēntie idez: qz est idē realr cū esse exīstie. z nō separat ab ipso in re. Cōcedit tn̄ q forma ante sui gīnationē ꝛz esse ēntie in po⁹. z silr esse exīstie nec icōuenit esse exīstie eē in po⁹: z determinari ꝙ ipsam potētia: vt dicit Scot⁹ in 2° sniarū. di. 3. q. vltima. vbi ꝓcedit actū z potētiam cognosci abstracti ue: z act⁹ exīstie z potētie nō sunt opposita: nisi ista accipiant in suis realitatib⁹. z in re q̄q dicat Frācis⁹ de ḃ. ¶Vel aliter ꝑt dici: sequēdo dicta Cōmē. 9. meta. cōmē. 7. qui negat ens in po⁹ esse ens simplr: ꝺicit q adhuc ex ista positione nō sequit formā ante sui gīnationē eē nihil sed mediū inter ens z nihil. Nō enī est ens simplr: vt ꝺicit ibi Cōmē. de ente in po⁹: neq; nihil: vt nihil opponit ꝺictor⁹ ei enti: qz tale nihil negat quodcūq; ens: nō soluz quo ad ens in se: sed ēt quo ad modos entis: z cū ꝓcedat q forma ante sui gīnationē sit ens in po⁹: ens z modi eī⁹ nō neganꝰ a tali forma. z sic inter ens simplr: q̄ est ens p fectū z purū nihil: ꝺat mediuz q̄ ꝺest forma in po⁹: q ꝺeſ tale mediū apparet per illud qđ ꝺicit Arz. 2° meta. tex. cōmē. 7. vbi ꝛz iter esse z nō esse est mediū ipa gīnatio: z illō qđ fit: z eē z nō esse: vt sunt termini gīnationis nō sūt ꝺictorū: vt ostēḋit in 4° meta. ¶Per hoc rndet ad ꝑmam tionē: quū ꝺr q forma fieret ex nihilo simplr: negat⁹ q̄ ſ sequat ꝺm positionē nostrā: sed bene expositiōe ꝑlatonis: qz ponebat plato ꝓuationē esse de ēntia māe: z ex ꝑte māz esse puz nihil: qz ꝓuatio q̄uū ad suū formale significatū est purū nihil. Et quo sequit ꝺm ipm gīnationē eē ex nihilo initiative z ꝺiectiue: qz tā termin⁹ a quo: q̄z mā que ponit ſbm gīnationis est nō ens ꝺm ipm: ꝛz ꝓpositionē quā tenemus: gīnatio nō est ex nō ente simplr subiectiue: qz ponim⁹ mām esse ens realr positiuū z ꝓuationē q̄tū ad cōnotatū esse aliq̄d positiuū: vt dictum est. ¶Et cū addit in argumēto q forma fieret ex nihilo sui: ꝓcedit vt nihil opponit esse ēntie z existētie formę: qđ ē eius vez z reale esse: sed nō vt opponit esse in potētia: qđ est eī⁹ esse ꝺm qd. z isto mō forma vt est in potentia nō est purū nihil: vt ꝺictū est: imo est ens: ꝛz nō simplr ens: ꝛz vt ly ens determinat per ly potētiā. aut per ly ꝺm qd. ¶Et si arguas. nō est simplr ens. q̄ est simplr nō ens. ex 2° phiermenias. ¶Negat ꝓntia in terminis cōpositis. In simplicibus ꝓcedit. sic est in ꝓposito. vñ ista ꝓntia est bona. nō est ens. q̄ est nō ens cū ꝓntia subiecti: sed cuz ly simplr: put determinat ly ens a parte ꝓdicati nō valet. ¶Ad vltimū ꝓ to ista opinione rndet q ꝺupler est ꝺistātia infinita: qđā est positiua: que nihil aliud est: nisi excessus infinite pfectionis in aliquo vno sup alterū extremū a quo ꝺi stare: z talis ꝺistātia est inter deū z creaturā. Alia est ꝺistantia negatiua que est ꝑ negationē cōuenīētie extremoruz: aut saltē ꝑ ꝓuationē pfectionis in vno extremo: q̄ pōit in alio. ꝺ⁹ negatiua est iter ꝺictoria. sc̄da iter ꝓuatiue opposita extrema ꝺictionis: nullū habēt mediuz: neq; ꝺm formā: neq; ꝺm ſbm. vt ꝺi ꝑ posteriozz. z 4° meta. tex. cōmē. 27. Extrema ꝓuationis: siue ꝓuatiue opposita: ꝛz nō habeāt mediū ꝺm formā: q̄ sunt ꝺictoria circa ſbz aptū natū: tn̄ bñ ḥñt mediū ꝺm ſbm: circa qđ neutruz; hz fieri: vt lapis respectu cecitatis: z visus. ¶Ex hoc ad propositū ꝺico q ꝺistātia positiua iter deū z creaturaz est ifinita: z sup istā nullū agēs finitū pōt: sicut nullū tale agēs pōt creare. Si loq̄mur de ꝺistātia negatiua. ista nō ē ifinita: qz ista ꝺistātia nō est nisi excessus extremi positiui sup a aliud negatiuū: aut ꝓuatiuū: qñ eni excedēs est imedia tū excesso: q̄ntas excessus erit ꝺm q̄titatem excedentis. quū aūt ꝺictoria z ꝓuatiue opposita sint imediata: z extremū positiuū ꝺictiōis nō ponat pfectionē infinitā sꝰ per aliud: nisi illud sit ens increatū. igīt ꝺistantia sola que erit inter ens increatuz; z nō ens erit ifinita: z nulla alia. ¶Q̄z si dicas negationē: seu nihil qđ est extremū contradictionis ḥie infinitatē in sec: q; negat entia infinita: z ipz deum. ¶Cōtra. qz nihil nō ꝺistat ab ente: nisi in deficiendo. nō plus aūt deficit nihil ab ente: q̄ ens illud ponat: sed ens causabile sup qđ pōt agēs nāle z finitum nō pōt ens ifinitū. ergo neq; nihil qđ opponit ei erit infinitum. ¶Ex his respōdet ad formā argumēti: q loquēdo de ꝺistātia iter ꝺictoria nullū agēs finitū pōt sup a talem ꝺistātiā in qua nullū est mediū simplr z oino. Si loq̄mur de ꝺistātia ꝓuatiue oppositoz: quū ista ḥeat mediū ꝺm ſbm sup istā pōt agēs nāle z creatū: cui⁹ actio semp ꝑsupponit ſbm circa qđ agit. Negat vlteri⁹ q aliq̄ ista z sit infinita: z si aliqubi repiāt q ꝺistātia ꝺictoz sit ifinita: ꝺ ḥet itelligi infinita. i. ideterminata: qz ꝺictio saluatur. imo sequit ad quācūq; puā z maximā distātiā: z in omni ente reū alteri⁹ pōt ꝺundari ꝺictio. ¶Hec dicta sint ad. q.

Ad argumenta ꝓncipalia. Ad ꝑmū: qđ sumit a Cōmē. 8. meta. vz. ex actu z potētia nō fit vnū z c̄. ¶Rndet q auctes Cōmē. nō sūt ꝺ ꝓpositū nostrū. loquit enim de actu exīstie: z de potētia obiectiua sibi coꝛrespōdēte. que po⁹ obiectiua est respectu possibilis: qđ pōt esse termin⁹ potētie actiue: qđ est in po⁹ tali est idē cū eo qđ est actu tale: sicut ſoz. in po⁹ ē idē cū sorte in actu: q̄uis ſoz. actu exīstēs sit perfect⁹ ens seipso: vt est in po⁹. z sic agēs deducēs ſortē de po⁹ ad actū existētie nō largit multitudinē: sed perfectionem. Et ad formā argumēti: quum ꝺicit. agēs qđ producit aliq̄d ꝛz totū suum eē z c̄. negat⁹ maior: si producat extrahēḋo de po⁹ obiectiua ad actuz; sed si. pducat de po⁹ subiectiua. sic agēs largit multitudinē. z sic maior est vera: sed Cōmen. primo mō itelligit. ¶Per hoc apparet ad sēdaz auctem q illud qđ est in actu: nō est aliꝺ ab eo qđ ē i po⁹ obtinu:

qz quũ actꝰ exĩtie z poꝰ obiectiua sint modi entis: nõ variãt rõnẽ illiꝰ cui aduenĩũt: z ita nõ variãt: neqz genus: neqz spẽs: neqz idiuiduũ. ¶Et ꝟ dicta sint ad totã. q.

¶Dubitabit aũt vtiqz aliqs vtrz altera aut eadẽ sint principia z elemẽta sbarũ. Textu cõmenti. xix. Q. Õ. vij.



Queritur Utrz sba possit ĩmediate fundare relationez potẽtie actiue. Et est sensus. Utrũ sba possit esse ĩmediatũ ꝑn^{m} actiuũ respectu alicuius effectus. ¶Et arguit ꝓ q nõ: qz sba nõ acgrit summã eiꝰ pfectionẽ z vltimã: nisi mediantẽ pfectione minorẽ: sed summa pfectio sbe est eius operatio: dicẽte Arz. ꝓ z. 10. ethi. q actꝰ z opationes sunt fines vltimi potẽtiarz: z pfectiões agẽtũ. minor aũt pfectio q̃z sit sba pfecta p suã ppriã opationẽ est aliqd accidẽs. g̃ sba nõ põt pfici sua ppria opatione: nisi mediãte aliquo accidẽte. ¶2^{o} arguit sic. Arz. in pñti ponit nãlẽ po^{m} in pñto q̃litatis in 2^{a} spẽ. g̃ omnis nãlis poꝰ est q̃litas. g̃ non sba. ¶Itẽ 3^{o} poꝰ z actꝰ sunt eius dẽ gñis. ex. 9. meta. ꝟ ois opatio z actꝰ dẽs in ĩstis inferioribꝰ est accñs. g̃ poꝰ ipsiꝰ actus z opationis erit accidẽs. ¶Ultimo arguit. Arz. in de sensu z sensato. Ignis nõ agit in q̃tũ ignis: ꝟ in q̃tum calidus. g̃ caliditas ẽ sibi pcise rõ agendi: z nõ substantia.

Ad oppositũ tñ arguo sic. Sicut poꝰ passiua se hz ad sbam: ita poꝰ actiua: cũ potentia actiua dicat eẽ pfectio: passiua: z magis de intẽtione nãe: sed poꝰ passiua ꝓmo z simplr est ad sbam ĩmediate: z fundat ĩmediate in sba. ꝟ mã ꝓma: ergo poꝰ actiua poterit ĩmediate fundari in sba. z per cõsequẽs substãtia poterit ĩmediate agere z producere.

In ista. q. primo ponetur cõclusio responsiua. 2^{o} respõdebitur ad arguẽta in pncipio.

Quantũ ad ꝓmã ptẽ tenet ps affirmatiua qõnis q̃ pbaf ꝑ a posteriori. 2^{o} pp qd. Et 3^{o} aũcte.

¶Quãtũ ad primũ ꝓmo arguit sic. Effectus per se nõ põt esse nobilior sua per se cã efficiẽte: ꝟ sba est nobilior quolibet accñte. g̃ nõ poterit esse ab aliquo accñte. g̃ erit ĩmediate a sba. maior ꝓbaf: qz effectus vel est vniuocꝰ: vel equocus. Si est vniuocꝰ: est eque pfectiꝰ cũ sua cã. Si equocus: nõ põt dari q̃ sit eq̃ pfectꝰ cũ cã: qz nõ eẽt equocꝰ: sed vniuocꝰ: z eius dẽ rõnis cũ cã. g̃ talis effectꝰ est imp fectior. pbaf (intelligẽdo ipsam ppositionẽ de cã totali equoca i suo ordine: z i rõne cãe prime: q nõ possit eẽ imp fectior effectus: z breuiter de q̃cũq̃ gñatiua: q nõ possit sic eẽ imp fectior effectus: dũmõ sit cã totalis in suo ordine:) tuz qz oẽm pfectionẽ quã hz effectꝰ hz a sua cã. g̃ ois pfectio effectꝰ virtualr ꝓtinẽt in cã: sed nõ põt dari q cã sit eque plecta cũ effectu si sit equoca: vt de se pz. g̃ erit maioris perfectiõis q̃z sit effectꝰ. Tũ ẽt qz si effectꝰ excedit suã cãm: q̃tũcũq̃ sit simplex in re: põt tñ diuidi in duo p titellm: i quorũ vno adequat sue cãe: z in altero excedit. sit illud i quo adequat sue cãe. A. illud in quo excedit sit B. Isto stante arguit sic. Cã p se nõ põt vltra effectũ sibi adeq̃tuz: qz deꝰ oppositũ. g̃ talis effectꝰ nõ adeq̃ret vtutez cãe. Ex quo cã posset vltra talẽ effectũ: z ita effectꝰ eẽt adeq̃rꝰ: z nõ adeq̃tus: qđ ꝑ plicat ꝓdictionẽ. ¶Patet igit ista maior. ꝟ effectꝰ ꝑm A. est adeq̃rꝰ sue cãe. g̃ pcise talis effectꝰ ꝑm A. poterit eẽ a sua cã sed effectꝰ talis ꝑm B. excedit. g̃ talis effectꝰ ꝑm B. nõ poterit eẽ a sua cã: z ita ꝑm B. vel erit a se: vl a nullo. quoz vtrũqz est impossibile. ¶Cõfirmat eadẽ maior ꝓpositio. Forma dãs eẽ formale vbi dat formalr eẽ nõ dat pfectiꝰ eẽ q̃ sit ppriũ eẽ formale. g̃ vbi dat eẽ ipfectiõi mõ q̃z tit dare eẽ formalr: nõ dabit pfectiꝰ eẽ q̃z sit ppriũ eẽ. ¶Ista pñtia pz. qz si cã se hñs mõ pfecto in cãndo: non cãt aliqd pfectiꝰ ẽt nõ cãbit pfectiꝰ: vbi idẽ causet mõ ipfectiõi. Sed dare eẽ formalr est pfectiꝰ dare eẽ: q̃z dare eẽ effectiue: z in gñe cãe efficiẽtis: qr hm dare eẽ: est dare eẽ intrinsece: z in rõne forme cõcãtis tuã pfectionez alicui cui talis forma nata est dare eẽ. Dare eẽ effectiue est dare eẽ extrinsece. g̃ vbi forma dãs eẽ formalr: nõ dat pfectiꝰ. esse suo ꝓprio eẽ. ita ẽt nec vbi dat eẽ effectiue. ¶Et ꝟ confirmat: q̃tuz ad hoc: q dare eẽ formalr sit pfectiꝰ dare eẽ: q̃z dare eẽ effectiue (z hoc hz theologos) qz ipsi ponũt: q nã diuina cõcata tribꝰ suppositis dat eis eẽ formale diuinũ. Extrinsece aũt z respectu creaturaz nã diua dat eẽ effectiue. ¶Dõ certũ est q nã diuina pfectioi mõ dat eẽ suis suppositis q̃z alicui creature. g̃ sequit ppositũ: q dare eẽ formalr sit pfectiꝰ dare eẽ: q̃z dare eẽ effectiue. ¶Ex his ifert ꝓpom: q efficiẽs ꝓducẽs aliquẽ effectũ nõ cãbit aliqd esse pfectiꝰ q̃z sit ppriũ eẽ. z ita accñs nullo mõ poterit gñare in substãtia. ¶Ad hoc rñdet: q accidẽs vtute ppria nõ põt gñare substãtia: sed bñ vtute alteriꝰ: z ita nullũ ipfectiꝰ põt virtute ppria in aliqd pfectiꝰ: sed bñ vtute alteriꝰ. ¶Sed ꝟ arz: qz quero de illo in cui^{9} vtute agit: aut eni ẽ cã efficiẽs termini gñationis: aut nõ. Si tu dicas q sic: z illud tale ẽ sba. z per formã suaz sbalẽ est per se gñans. igit poꝰ actiua reu gñationis ĩmediate fundabit in sba. ¶Q̃z si tu dicas: q agit p ipz accñs: z nõ p formã ppriã. ¶Contra hoc tuo. Qđ eni agit p formã alteriꝰ que est accñs in ipso: p accñs agit. g̃ sba solũ p accñs gñaret: z ita p se gñans aut efficiẽs excederet a ppio effectu. qđ est ipzobatũ. ¶Itẽ 2^{o} ꝟ hoc ex fundamẽtis san. Tho. hz eni q instrin nõ agit: nisi qz motũ a pncipaliori agẽte: sed agẽs est cã istralis reu ĩbe. g̃ nõ agit accñs nisi p q̃z to mouet a sba. g̃ sba p se erit mouẽs efficiẽs. ¶Itẽ 3^{o} ꝟ idez arguit. Inconueniẽs ẽ aliqd eẽ illud: i cuiꝰ vtute alterz agit in aliquo gñe cãe: nisi sit pncipaliꝰ agẽs z idepẽdẽti in eodẽ gñe cãe: sed sba est illud: in cuiꝰ vtute accñs agit in gñe cãe efficiẽtis. g̃ z sba ĩmediate agit in gñe cãe efficiẽtis. ¶ꝟ. 4^{o} ꝟ idẽ. Accñs agere in vtute sbe: aut ipsorat aliqd absolutũ: aut respectiuuz. Si absolutũ: aut est sba: aut accñs. Si sba. g̃ sba agit. Et ꝓterea hoc est falsum. qz accñs nõ agit tanq̃z p rõne foialẽ agẽdi: nisi talis rõ formalis sit in ipso formalr: ꝟ nihil est formalr in accñte nisi accñs. g̃ pcise aget in q̃tũ accñs. Si aũt des 2^{m} mẽbr. vz. q illud absolutũ ipsorat ũ page re in vtute alteriꝰ sit accñs: sequit idẽ qđ priꝰ. Si aute dicas q illud ipsorat ũ sit respectiuũ: non est nisi ordo accidentis ad sbam in agẽdo. Sed qđ hz talem ordiné ad alterum in agendo non excludit quin illud alterũ agat. ergo adhuc habebit q sba aget: sicut appet in causis essentialr ordinatis: quarũ vna alteri subordinatur in agẽdo.

2^{o} declarat eadẽ ppositio a ꝑte: z pp qd. Et arguitur sic. ¶Oẽ agẽs agit ꝓm q est in actu: ita q illud qđ est pfectiꝰ i actu: pfectiꝰ a git. (¶Dec ppõ colligit de mẽte Arz. 9. meta. z 3^{o} phi. tex. cõmẽ. 17.) ¶Probat ẽt rõne. si eni rõ agẽdi ẽ actꝰ. g̃ vbi pfectior actꝰ: ibi pfectior rõ agẽdi. ¶Probat ẽt alio mõ: qz rõ actꝰ vel est pfectiõis simplr: vel sequit ad perfectionẽ simplr. sed qđ est pfectiõis simplr magis sequit illud qđ est pfectiꝰ z marie: qđ est marie pfectũ. Ergo cum actꝰ sit pfectio simplr: qz repit in deo: cũ summitate z eminẽtia. vbi erit pfectior actꝰ: illud pfectiꝰ aget. ¶Cõfirmat hz: qz itelliq̃ que sũt pfectiores i actu dicunt pfectiꝰ z pncipaliꝰ agere. pz g̃ ista maior.) Sz ita est q forma sbalis est pfectior actꝰ q̃z foia accñtalis. g̃ pfectiꝰ poterit agere q̃z forma accñtalis: z ita poterit sibi ĩmediate cõpetere actio: z poꝰ actiua. ¶Ad hz rñdet dicẽdo: q accidẽtia ordiné quo dã isunt ipsi sbe: z qđ est pfectiꝰ: ĩmediatiꝰ ĩnest: z illo qđ est ipsecti^{9} remotiꝰ ĩnest. Actio aũt ẽ ens diminutũ. g̃ remotiꝰ ĩnest ipsi sbe: q̃z q̃litas aut q̃ntitas. Tñ nõ põt aliqd eẽ primũ actioni: nisi sit ipsectũ: qz qđ est primũ ipsectior ẽ ĩmpfectius. g̃ si sba esset ens primũ actioni. esset ens ĩmpfectum. ¶Et confirmat ista ratio. Quia certũ est q ꝓ vna preassumpta est falsa: que erat maior: qz certuz est q

q̃ntitas est

